Iunij die quarta, cum Protestantes Francofurti conuenissent, exponunt legati ciuitatum de rege Romanorum quid sui sit animi, uidelicet propter hoc nomen, nolle se incurere in offensionem, non modo Casaris, sed etiam aliorum, qui sibi alioquin infesti religionis causa non sint futuri. Itaque se hoc Casari condonare. Principes contra Casari ac Ferdinando rescribunt, quod contra morem ac libertatem imperij sit factum non se posse approbare, nec ipsi titulum tribuere Romanorum regis.

lib. 8.

Actum erat superiori conuentu de recipiendis in scædus Heluetijs, nunc uero Saxo respödet per legatos, quia diuersum sentiant de cœna Domini, iccirco non esse recipiendos. lib. 8.

Agitur iterum de pace inter Casarem ac protestantes, interuētu Moguntini Archiepiscopi ac Ludouici principis Palatini: indiciturque dies ad eam rem penultima Augusti mensis Smalcaldie, cum hoc prius Casar concessisset ut fiscus interim quiesceret. lib. 8.

Lis erat Vuigando Bambergensi episcopo, cum Georgio Brandeburgico apud confœderatos Sueuicæ nationis. Nam uiolari ius suum à Georgio querebatur episcopus. tandē con-

rariensi, de Rhegio & Mutina: tandem facto compromisso Casarem deligunt arbitrum. Is in Belgio cum esset, pro Alfonso pronunciat. lib. 8.

Per totū ferè mensem Augustū apparet cometa. lib. 8.

1531

Respublica.

Relig.

Respub.

Relig.

uenerat inter eos, ut mense Iulio Norlingæ disceptatione res tota finiretur. Cum autem eò uetum esset, Georgius quæstio cognitionis esset ecclesiasticæ confœderatos recusat iudices, atq; ab omnibus eorum iam ante factis decretis prouocat ad futurum legitimum concilium. Illi instant ex fœderis legibus quæstionem hanc esse suæ cognitionis: nec eum ergo debuisse prius in eos conuenire, uel se coram eis defendere. tandem minantur, nisi pareat, se ex fœderis legibus esse in eum acturos. Is cõtra urget prouocationem, ac in ea se persistere profitetur. lib. 8.

Cæsar componendi religionis causa, conuentum indicit Imperij Spire, ad idus Septembris. lib. 8.

Vndecimo Cal. Septembris, ueniunt ad Saxonis principem à Cæsare Nassouius ac Nuenerius comites, ut de pace cum eo agerent, uerum placuit ut hæc tota actio in proximum imperij conuentum differretur. ac cum ex eorū uerbis appareret, quasi Cæsari persuasum esset, ipsum Zuinglij ac anabaptistarum doctrinam probare, purgat se de

Moritur Aloisia Francisci Gallie regis mater, Sabaudie ducis Caroli soror. lib. 8.

Redintegratur bellum inter Heluetios, Tigurinos uidelicet ac quinquepagicos, cumq; intercessione Gallie regis, ac cæterorum pagorū adduci quinquepagici ad rationem & otium nõ possent, Tigurini ac Bernates eos cõmeatu intercludunt, suiq; facti Septembris die nona, rationem scripto reddunt. lib. 8.

Octobris die nona, quinquepagici signa profecerunt, tantaque celeritate con-

Zuinglius, un

D iij

1531

Reipublica.

Relig.

Respub.

<p>Relig. eare apud Legatos, & quæ sit sua de religione confessio, se dicit Augustæ declarasse. Contentum ueniunt ipsi ut Spiram ad conuentum ueniat, uel eò filium mittat. Is se facere posse negat, quia sibi sit iratus Cæsar. Permittat ergo ipsi ex suæ religionis præscripto Spiræ uiuere, caueat Lutheo qui cum ipso sit uenturus, tum demum se ipsum ad conuentum esse uenturum recipit. lib. 8.</p> <p>Conueniunt Smalcaldie ad constitutum diem Moguntini ac Palatini principis legati, cum Protestantibus, ut de pace agerent: uerum cum ab Augustani conuentus exitu in initium fieri uellent, ac ea tractari de quibus illic conuenire non potuisset: Protestantium uero legati nullum se à suis principibus illius rei mādatum habere dicerent, nec se potuisse diuinare de ea re actum iri, ut mādatum exquirerent: cumq; esset utrinq; de mādatis disputatum, hoc tantum decernitur secunda die Septembris, ut cum Saxo atq; Lantgrauius quid suofociorumq; suorū consilij esset, perscripissent (quod quam primum fieri deberet) tum Spiritu conuenirent ad eum diem, qui Moguntino ac Palatino inter-</p>	<p>decima die Octobris, in prælio quinque pagicorum aduersus Tigurinos, ceditur euntia ipse inter ceteros. subierat enim hoc periculum, tum quia ita est apud Helueticos in more positum, ut unacum ipsis Ecclesie minister primus, prodeat in aciem, tum quia si infce-</p>	<p>tendunt ut in Tigurinorum finibus intra tertium diem Tigurinum præsidium circumter mille militum, nec opinantem opprimerent. auderant quidem auxiliares copie Tiguro missæ, et suos è fastigio montis laborantes in conualle prospicere poterant, sed eis auxilio nisi singulares descendere non poterant: eaque res & fugæ & cladis Tigurinis causam dedit. lib. 8.</p> <p>Tigurini quibus auxilia Bafilia, Scaphusia, Sangallo, Mulhusio uenissent, iterum educunt aciem, stantq; noctu in monte insidijs, ut Tugium uicinum</p>
---	--	---

1531

Respublica.

Relig. Respub.

Relig.

cessoribus uisus esset. Postmodū autem, Octobris uidelicet initio, rescribūt Saxo & Lantgrauius, Moguntino atq; Palatino, uideri sibi sine theologis nihil agi cum fructu posse, cōcilio autem, quod toties sit promissum, & tantisperdum inchoetur, publica pace uehemēter opus esse. Quod si ad eam ineundam conuocentur, non se defuturos: Sinuero ut doctrinæ fiat disceptatio, cum sibi ac theologis, impietisq; Lutherō cautum erit, & libera Spira religio sua cuique permessa, tum demum se adfuturos esse dicunt, nisi grauior aliqua causa prohibeat. lib. 8.

Cæsar conuentū, quem paulo ante indixerat Spira ad idus Septembris, propter bellū Turcicum reijcit in mensem Ianuariū anni sequentis Ratisponam, ut Austria tanto sit uiciniore. lib. 8.

Francofurti 19 Decembris, Protestantes, quod reliquū erat de paranda defensione, perficiunt, ac Goslarienses, Embesenses, & Eslingenses in foedus recipiunt. lib. 2.

liciter
absente
se pu-
gnatum
esset, ca-
lumnias
& inui-
diā me-
tuēbat.
natus e-
rat an-
nos 44,
cum oc-
cisus est,
minor
Luthe-
ro qua-
tuor an-
nis. lib.
8.

Sub
finē No-
uēbris,
Occolā
padius
49 an-
nos na-
tus, è ui-
ta foelici-
ter disce-
dit. lib.
8.

ppidum ad pri-
mum lunæ flen-
dorem ex impro-
uiso capiant: ue-
rum hostes, cum
id per iudicium
accepissent, cele-
riter arreptis ar-
mis ante lucem
procedunt, & il-
los incautos op-
primunt. Victi
tamen Tigurini
de religionis stu-
dio nihil remit-
tunt. Pax tan-
dem fit inter Hel-
uetios hac lege,
ut Tigurini, Ba-
silienses & socij
recedant à foede-
re Lantgrauia-
no atq; Argenti-
nensi: quinque-
pagici uerò ab
eo quod habeāt
cum Ferdinādo.
Itaq; redditis li-
teris, quibus in-
uicem teneban-
tur, dissoluta fuit
hæc utrobq; cō-
foederatio. lib. 8.

1532

Respub.

Relig. Respub.

Religio.

Bernardus
 Rotman-
 nus qui po-
 stea factus
 est Anaba-
 ptista sum-
 mus, hoc an-
 no purè do-
 cet Euange-
 lium, in tem-
 plo diui
 Mauricij
 prope Mo-
 nasterium:
 ac paulò
 post opera
 ciuium quo-
 rundam in
 urbem reci-
 pitur: quò
 mox euocat
 Marpurgo-
 binos docto-
 res, qui se-
 cum prædi-
 cent Euan-
 gelium. lib.
 10.

Cum Cæsar Ratisbonam per-
 geret, placuit inter principes, ut
 ad initiū Aprilis, iterum Schuin-
 furti de Mœnū de pace inter eos
 ageretur: habētq; Mogūtinus ac
 Palatinus principes eius rei à Cæ-
 sare sibi mandatā actionē. lib. 8.

Offertur Schuinfurti pax pro-
 testantibus, his præsertim condi-
 tionibus, ut intra fines Augusta-
 næ confessionis sese contineant,
 cunq; Zuinglianis ac Anabapti-
 stis nihil habeant commune. Itē
 ut Cæsari ac Romanorū regi pa-
 reant. Si cūm fere cæteras leges
 omnes reciperent, in hac postre-
 ma potissimum resistunt, ac gra-
 uiter cum Palatino ac Mogunti-
 no exposcunt, quòd ei rei tam
 magni momenti, ac tam Germa-
 nicæ libertati contrariæ consen-
 serint. Quid autem in ea re desi-
 derent, ac quid requirant à Cæ-
 sare, perscriptum & ob signatū
 exhibent. eius hoc erat primum
 caput, ut Ferdinandus rex ab in-
 stituto desisteret, neque pro Ro-
 manorū rege se gereret. Postea,
 si fortè Cæsari opus esset adiuto-
 re, præscribebant grauissimas cō-
 ditiones, quibus rex Romanorū
 crearetur, & eas serè quibus cre-
 atur Imperator. require eas si lu-
 bet, ab ipso Sleidano. lib. 8.

Christie-
 nus Danie
 rex, iam per
 decem an-
 nos exul, ut
 supra dixi-
 mus, compa-
 rata classe,
 cogitabat
 amissa recu-
 perare, sed
 captus mari-
 custodiæ tra-
 ditur. eodē
 fere tempo-
 re filius eius
 adolescens,
 quem Cæ-
 sar auuncu-
 lus educa-
 bat, mortē
 obiit. lib. 8.

Solyman-
 nus Turca-
 rum Impe-
 rator, cūm
 Belgradum
 uenisset de-
 flectit ad Le-
 uam, & Gi-
 untum op-
 pidum at-
 cemq; fru-
 stra

Religio.

Senatus
 Monasteri-
 ensis cum
 Pontificios
 rogasset, an
 sua dogma-
 ta ex uerbo
 Dei propu-
 gnare uel-
 lent, quæ do-
 ctiores noui
 mendacij ar-
 guerent, ijꝫ
 nihil se ha-
 bere fateren-
 tur, quo se
 defenderēt,
 iubet ut ijs
 docendi lo-
 co cedant,
 qui puram
 Euangelij
 doctrinam
 sint populo
 annunciatu-
 ri. lib. 10.

Saxo, Lantgrauius, ac Baua-
 ria principes, inierant fœdus cū
 Gallie rege Germaniæ liberta-
 tis tuendæ causa. Et Gallie qui-
 dem rex aureorum millia cente-
 na deposuerat apud Bauaros,
 quo essent in promptu, si neces-
 sitas postularet. Ea res eorum ani-
 mos ad tuendam maiori constan-
 tia suam libertatem, erigebat.
 Itcirco cum inter eos & princi-
 pes intercessores, Palatinum ui-
 delicet etque Moguntinum mi-
 nimè conueniret, hoc tantum sta-
 tutum est, ut iterum Noriberge
 ad eam rem conuenirent ad ter-
 tium Iunij diem. lib. 8.

Habentur à Cæsare Ratisbo-
 næ comitia. Ibi Cæsar certam
 spem iniicit de concilio, quod si
 à Pontifice non possit impetra-
 ri, in publico Imperij conuentu
 rationem remedij se initurū pro-
 fitetur. lib. 8.

Datum fuerat in Augustano
 conuentu negotium certis prin-
 cipibus, ut Cameræ Imperialis
 emendandæ rationē inirēt: eius
 rei modò conceptam formulam
 Cæsari exhibent. Is communica-
 to cū principibus consilio, post-
 quam nonnihil adieciisset, eam
 sancit & confirmat. lib. 8.

stra tentat,
 propugnante fortiter
 Nicolao
 Iurixio.
 lib. 8.

Casonus
 quindecim
 millium e-
 quitū Tur-
 carū dux,
 cum præda
 tum Linci-
 um usq; su-
 pra Vien-
 nā excurrisset, ac iam
 pedē referret, incidit
 in agmen
 Germano-
 rum mili-
 tum à qui-
 bus pluri-
 bus locis ad
 internecio-
 nem prope
 cōcisus, tan-
 dem et ipse
 interfectus
 est. lib. 8.

1532

Respub.

Relig.

Resp.

Relig.

Cum paulò antè Imperij Camera Albertum Brandenburgicū Prusie principem ob datam Polonia regi fidē proscripsisset, iā in hoc cōuentu per legatum Poloniae regis, & Vualterū Crombergum, de Prussia disputatur, sitne in ditione Imperij, an uero in Poloniae regis clientela. lib. 8.

Pontificij Monasterienses ac summi templi canonici irati urbe excedunt: uias omnes occupāt ne quid in urbē annonae importe= tur: Telgeto senatum per literas ut se restituat monent, nisi faciat, bellum denunciant. lib. 10.

Monasterienses 24 Decembris, Telgeti, Pontificios in=

His in Comitijs cum Turciam premeret Austriam, decernuntur aduersus eum auxilia, sic ut ordines Imperij non pecuniā, sed militem in hoc bellum subministrant. Ita ab hoc conuentu 26 Iulij die, disceditur. lib. 8.

Noribergae, licet summa dissensionis de Romanorum rege, inter protestantes & principes intercessores conciliari nō posset: attamen propter irruentem in Austriam Turcam, pax inicitur cum ipsis, ita ut in Turcicū bellum conferant auxilia, Camerae Imperiali interdicatur omni adusque concilium actione. Decreta est pax ista 23 Iulij die: confirmata uero per Caesarem Augusti mensis die secunda. lib. 8.

Alidus Augusti Saxonie princeps Elector diem supremū clau

Solymanus Gratiū usq; Stiriae oppidū progressus, cum à Caesare castris omnibus ad Viennā positis expectaretur, tandem consilium mutat, nullaq; memorabili perfecta, reuertit in patriam. lib. 8.

Caesar reiecta eorū sententia qui persequendum hostem censebāt, dimittit exercitū, & Viennā contendit in Italiam. li. 8.

Caesar Mantua rescribit ad ordines Imperij, se in

1532

Reipub.

Relig.

Reip.

Religio.

cautos op=
primunt, ac
omnes ca=
ptiuos in ur=
bem abdu=
cunt. li ro=
gati num
posthac E=
uagelij pre
dicationem
impedire co
gient, libe=
raliter re=
spondent se
daturos ope
ram ut ca ui
geat. lib. 10.

dit: ei succedit Ioannes
Fridericus filius. lib. 8.
Cum Caesar ex bel=
lo Turcico properaret
in Italiam, Christopho=
rus ducis Vlrichi Vuir
tembergici filius, qui in
Caesaris comitatu erat,
proripit se ab eo, in ui=
cinam Bauariam. Nam
cum pater eius sua ditio
ne pulsus esset, solusq;
is superesset haeres, con
siliu hoc aduersus ip=
sum unitum esse putaba
tur, ut ad externos abdu
ctus, fieret ordinis ecclē
siastici. lib. 9.

in Italiā concilij cau=
sa esse profectum: ut
interim Ferdinando
Romanorū regi fra=
tri suo pareant. lib. 8.
Caesar Bononiae fee
dus init cum pontifi=
ce ac ceteris Italiae
dynastis, pro tuenda
Italiae pace. Galli que
runtur de eare: pla=
cat tamen eos ponti=
fex, iniecta spe future
breui eius dissolutio=
nis. Foedus enim fece=
rat Pontifex obsecu=
tus tēpori. Ceterum
Italiā magnopere cu=
piebat Hispanis, quos
magna copia secum
Caesar adduxerat, li=
berari. lib. 8.

IN GERMAN.

EXTRA GERM.

1533

Relig.

Reipub.

Relig.

Reipub.

Februarij die 14,
Senatus Monasteri=
ensis paciscitur cum
pontificijs, his legi=
bus, ut in sex tēplis
Euangelij purē do=
ccatur, summu tē=

Legatus pontificis Vi
nariae Saxonie princi=
pem alloquitur, Pontifi
cemq; declarat conciliū
instituisse Placentiae, uel
Bononiae, uel Mantuae,
quae sit urbs Imperij:

Caesar ex
Italia nauigat in Hi=
spaniam mi
Martio.
lib. 8.

1533 Relig.

Resp.

Religio. Resp.

plum Pontificijs re=
linquatur. lib. 10.

Ioannes Leidenfis
sarcinator Hollan=
dus, & Hermannus
Stapreda, ille clam,
hic publicè, Rot=
manni factus colle=
ga, doctrinam Ana=
baptisticam Mona=
sterij disseminant.
Rotmānus primum
ijs repugnat: Sena=
tus eos urbe pellit:
redeunt tamen. di=
sputat publicè,
Rotmannus sit ana=
baptista: confutan=
tur ab Hermanno
Buschio: publico se=
natus decreto pellun=
tur urbe, clam tamē
redeunt, ac sibi tan=
to numero sectato=
res conciliant, ut cō=
cionatores eijciant.
disputationem sub=
terfugiunt. Discu=
runt per urbem, qua
si diuino numine af=
flati, populumq; ad
poenitentiam & ad
secundum baptisimū

sed ne indiceret hoc ad=
huc obfuisse, quòd pri=
us constare inter princi=
pes oporteat, de modo
& ordine actionis, uide
licet ut liberum habea=
tur, ut se omnes ei subij=
ciunt, ut adsint omnes
uel legatos mittant, si
qui neutrum fecerint, ut
nihilominus à Cesare et
reliquis regibus ad pa=
rendum adigantur. hæc
capita scripto compre=
hensa tradit electori, ac
promittit, si commodè
ipse et reliqui prinoipes
respondeant, futurū ut
concilium intra sex men=
ses indicatur, inchoetur
autem intra annum. Sa=
xo sumpto ad deliberan=
dum spatium, respōdet sō=
re commodius, ut unum
Pontifex habeat ab om=
nibus Protestantibus re=
spōsum. Itaq; cum om=
nes Smalcaldie ad 24
Iunij diem, conuenire de=
beant, orat ut illius tem=
poris moram leniter se=
rat: futurum ut ad illud
ter omnes, Pontifici uel

Pontifex
rescribit ad
Petru Paul=
lum Verge=
rium, suum
apud Ferdi=
nandum re=
gem legatū,
quia Rhegi=
nus episco=
pus iā tum
erat etate
prouectus,
ut si quid il=
li impedi=
menti acci=
dat, ne pos=
sit obire le=
gationē, ip=
se in illius lo=
cum succe=
dat: Impri=
mis autē ut
meminerit
quæ sua sit
de concilio
mens ac uo=
luntas. man=
datis igitur,
atq; formu=
le præscri=
ptæ diligen=
ter insistat,
nec ipsu

Pōtifex
mittit le=
gatū in
Germa=
niā Hu=
gonem
Rango=
num, Ep=
iscopū
Rhegi=
num.
lib. 8.

1533 Religio.

Respub.

Relig.

Resp.

prouocant: parent è
populo multi, par-
tim metu, partim
ignorantia: forum
occupant, tormenta
bellica & curiam in
uadunt, multis uim
faciunt. Contrarie
partis ciues contra
uim se muniunt: tan-
dè fit pax inter eos
hac lege, ut domum
redeant, suam quis-
que religionè sequa-
tur, et otium colant.
Ea pactio Rotman-
no et Bernardo Cni-
perdolingo factio-
nis huius facile prin-
cipi, nò diu placuit.
excitant enim ex ui-
cinis locis sui simi-
les homines, à rebus
domesticis male con-
stitutos, cosq; spe for-
tunæ commodioris
ac rerum nouarum,
ad se alliciunt, ma-
gnòq; numero per-
trahunt Monasteri-
um. lib. 10.

Georgius Saxonie
princeps, 70 Lip-

per legatos, uel scripto
respondeant. lib. 8.

Vltima die Iunij, scri-
pto respondent Prote-
stantes ad illud Pontifi-
cis de concilio, Expe-
ctasse se ex Imperij de-
cretis, liberum in Ger-
mania, in quo tota reli-
gionis controuersia, nò
à Pötifice uel eius emis-
sarijs, sed à uiris bonis
& æquis iudicibus di-
sceptaretur: nò ex scho-
lasticorum libris, sed ex
solis biblijs: Iam uerò
Pontificem qui sit prin-
ceps aduersarius, qui ià
ipforum doctrinam nò
solum præiudicio, sed
etiam flammis damna-
uerit, ipsum nimirum si-
bi iudicis partes in hac
disceptatione sumere,
extra Germaniam con-
cilium indicere, reges si-
bi ad uim atque facinus
conciliare. Tandem Cæ-
sarem orant (cui sua om-
nia subijciunt) ne se pu-
tet propterea legitimū
cōcilium subterfugere:
sed curet potius, ut co-

in angustias
ac necessita-
tem concilij
peragendi
conijciat, ex-
tiam si maxi-
merex Fer-
dinandus in-
sistet & ur-
geat. lib. 8.

Pontifex, in
regis grati-
am quatuor
Gallos crea-
at Cardina-
les, Odetū
Castilioneū,
Philippum
Boloniciū,
Claudium
Gyurium,
et Ioannem
Venerium.
lib. 9.

1513 Religio.

Respub.

Relig. Respu.

senses ciues ob Lu-
theri doctrinam ur-
be pellit. II cœne cõ-
municare nisi sub u-
traq; specie corpo-
ris & sanguinis nol-
lebant. Conqueri-
tur etiam de Luthe-
ro apud principem
Electorem, quod nõ
solum sibi conuicie-
tur, sed suum etiam
populum ad rebel-
lionẽ excitet. Sua se-
rat enim per episto-
lam Lutherus Lip-
sensis, ut pericu-
lum subirẽt potius,
quàm facerent quic-
quam contra cõsci-
entiam. Resillit Lu-
therus eam crimina-
tionem edito libel-
lo, ac per epistolam
Lipsenses ciues exu-
les consolatur. lib.
9.

gatur quale & ipsi
postulauerint sem-
per, & cogi sit æ-
quissimum. lib. 8.
Smalcaldiæ, post-
quam ita responsum
est, statuitur ut pu-
blicè responsum eda-
tur, ut ad Camera
iudices, qui litẽ nõ-
nullis religionis cau-
sa tum mouebant,
ad Palatinũ & Mo-
guntinum principes
legati mittatur, atq;
Cæsari res hæc de cõ-
cilio tota perscriba-
tur. lib. 9.

Lantgrauus per
absentiam Cæsaris,
Ulrichi Vuirtem-
bergicè propinqui
sui, qui diuione sua
pulsus erat, restitu-
tionem molitur, pro-
fectusq; in Galliam
agrũ Mompelicar-
tum accepta pecu-
nia, regi oppignerat
Ulrichi nomine, ita
ut nisi intra tertium
annum luat, sit Gal-
liæ regni heredita-
rius. lib. 9.

Conueniunt
Masiliæ Gal-
liæ rex, ac Cle-
mens septimus
Pontifex. initur
matrimonium
inter Henricũ
principem Au-
relianum regis
filium, quinde-
cim annorum
adolescentem,
ac Catharinam
Medices Clemen-
tis cognatam.
dispar coniu-
gium, ac uix ip-
si Pontifici an-
te peractas nu-
ptias, creditũ,
sed quod ad sta-
tus Italiæ mu-
tationem per-
tineret: uide a-
pud ipsum Slei-
danum, seriem
cognitionis Me-
dicæ familie.
lib. 9.

1534 Relig.

Resp.

Religio.

Resp.

Oppidani Monasterienses praesertim locupletiores, cum uiderent urbem externis hominibus copleri, mense Februario subducunt se quam possunt commodissime, relictis in urbe Anabaptistis & promiscua plebe. lib. 10.

Anabaptista non uim senatum deligunt: uiciniam incendant, uastant, diripiunt, cogunt omnes ad suam impietatem, qui non consentiunt, eos urbe pellunt, eorum bona occupant.

Cum autem Episcopus instaret urbem obsessurus, multique ex profugis in eius exercitum incidissent, hostium loco habiti sunt. Haec res multos coegit utros minime malos, cum u-

Monasterium urbs Vuestphaliae primi nominis quam Anabaptistae occuparunt, obfidetur a Comite Francisco Valdeco episcopo. mittunt ad eum auxilia, Hermannus Coloniensis archiepiscopus, et Ioannes Cluensis princeps. cum autem eius per uim capiunda nulla spes esset, septem circum propugnacula extruunt, ut eam fame cogant ad deditonem. ad continuandam autem obsidionem, & suppeditandos belli sumptus, indicitur conuentus eorum principum ac ciuitatum quae sunt Rhenanae prouinciae, ad 12 Decembris diem hoc anno, Cösluentiae. lib. 9.

Lantgrauius cum

Angliae rex, de senatus, ordinumque regni consilio, decretum facit quod se per Angliam Ecclesiae capitulum proximum a Christo pronunciat, poenamque constituit, si quis episcopo Romano supremam potestatem adscribat. Tributum etiam annuum (uulgo diui Petri denarios uocant) denegat, & ne qua pecunia Romam deinceps deferatur, grauissimis uerbis edicit. lib. 9.

Aurelij in Gallia, monachi Franciscani simulant reditum anime uxoris Praetoris, quae non ita

Martij die 23, Clemens septimus decimus decidit litem, quam rex Angliae Romanae habet, de conubio Catharinae Ferdinandi regis Hispaniarum filiae: inque Caesaris gratiam secundum Catharinam pronunciat, cum rex antea Catharinam repudiata & Maria eius filia pronunciat illegitima, duntaxat Annam Boleniam. lib. 9.

1534 Relig.

Respub.

Religio.

Resp.

culū imminere pro
uiderent, inuitos
in urbe manere.
lib. 10.

Ioannes Mat-
thæus, primi nomi-
nis inter Anabapti-
stas propheta, iu-
bet ut omnes bona
sua conferant in
commune, ut om-
nes libri, præter bi-
blia, cōburantur.
Hubertum Trute-
lingum Fabrum,
qui quid in eos ri-
diculum dixerat,
ipse sua manu con-
fodit. Tandem etiā
ipse cum se urbem
obsidione liberare
uelle diceret, pro-
pugnā ad castra ue-
nisset, à milite in-
terficitur. lib. 10.

Lutherus graui-
ter scribit in Eras-
mum, quod is Chri-
stianam religionē
rideret, contemne-
ret, ac in dubiū uo-
caret. adductis au-
tem ipsius lucubra-

Vlricho Vuirtem-
bergico ad recupe-
randam eius ditio-
nem, copias primo
uere conscribunt,
ac educunt: Lausfe-
ni in agro Vuirte-
bergico suos ho-
stes, 13 Maij, in su-
gam conijciunt:
Aspergum, Vra-
chum, Tubingam,
Nipham recipiūt.
In illa fuga Philip-
pus princeps Pala-
tinus, exercitus
Ferdinandici dux,
machina uulnera-
tus calcē pedis a-
misit, & captiuus
est abductus. lib.
9.

Cademi, quod
est oppidum Bo-
hemie, Iunij die
penultima, Mogū-
tinus archiepisco-
pus & Saxonie
princeps Georgi-
us, Lantgrauij so-
cer, inter Ferdinā-
dum regē & prin-
cipem Saxonie
transigunt. Saxo-

pridem in eorū
templo, sed mo-
dicē ac parcius
quā ipsi æ-
quum uidere-
tur, sepulta fue-
rat. Eam finge-
bant se damna-
tam nunciare,
propter Luthe-
ri doctrinam.
detecta fraude,
præcipui rei
huius artifices
Lutetia, iussu
regis damnati
sunt: sed quia
per hos fere di-
es grauis inci-
dit in Luthera-
nos persecu-
tio, & horum
pœna ad totius
ordinis inuidi-
am pertinere
uidebatur, &
ad Lutherano-
rum gratiam,
iccirco senten-
tia lenis illa
quidem pro tā
to facinore,
executioni mā-
data non est,

Angliæ re-
gem quædā
incesserat
religio, siue
simularet,
siue ita re-
uera crede-
ret, quasi in-
cestum sibi
cum uxore
Catharina
matrimoni-
um interce-
deret, quod
illa fratri
eius Arturo
quatuorde-
cim anno-
rum adole-
scētī fuisset
prius collo-
cata. Vrget
itaq; diuor-
tium apud
Papā. Sed
is rem tam
lubricā ac
tanti mo-
menti pro-
ducit in lon-
gum tēpus,
dum quid
sit opus se-
cō delibe-
ret.

1534 Relig.

Respublica.

Relig.

Relp.

tionum aliquot lo
cis id ipsum demō
strat, & in scriben
do flexiloquū esse
esse docet: & quo
niam in rebus diui
nis ad eum modū
ludat uerbis ambi
guis, cum apertius
loqui possit atque
debeat, aduersus
ipsum interpretan
da esse omnia con
tendit. Huic dein
de scripto respon
det Erasmus, &
asperè quidē. Nā
omnium maxime
metuebat, ne sua
scripta uenirent in
contemptū. lib. 9.

Ioannes Leidenfis
Monasterij alter
inter Anabaptistas
propheta, templa
omnia destrui iu
bet. lib. 10.

Cniperdolingus
fore uaticinatur,
ut qui sunt summo
in gradu collocati
deturbentur, alij

cum socijs hoc pa
cto tenetur Fer
dinandum habere
pro Romanorum
rege: Ferdinandus
uicissim perficere
apud Caesarem ut
fiscus cesset ab om
ni actione: ut Cae
sar Saxonis suc
cessionē in pater
nis bonis & aui
tis sanciat: pacta
etiam matrimonij
cum Cliuensi du
ce approbet. lib. 9.

Iidem principes
paciscuntur inter
Ferdinandū ac Vl
richum Vuirtem
bergicum, spōden
te pro eo atque
Lantgrauio, prin
cipe Saxonie, ni
starent cōuentio
ni. Vlrichus pacto
recipit ditionem,
sed gratia & bene
ficio domus Au
striacae: quinetiam
si quando Vuirte
bergicæ familie
deficiant masculi,

ipsiq; monachi
nulla grauiori
poena multati,
ē uinculis euase
runt. lib. 9.

Clemens se
ptimus Ponti
fex ē stomachi
morbo, cum
suadēte medico
Curtio rationē
uictus mutasset
iam senex, ad
exitum fere Se
ptembris dece
dit ē uita, suc
cessoremq; ha
bet Paulum ter
tium Farnesi
um. lib. 9.

Paulus terti
us Pontifex A
lexandrum ex
filio notho Pe
tro Aloisio, ual
de adolescentē,
& Afcanium
ex filia notha
Constantia, ne
potes, creat car
dinales. Paulū
Vergerium euo

ret. Cardi
nalis Eborā
censis An
glus inte
rim uidet re
gem adama
re quādam
Annam Eo
leniā, que
Euangelij
doctrinam
amplecti se
rebatur. mo
net itaq; Pō
tificem, su
curū ut rex
Lutheranū
ducat, si ip
se diuortij
cōfirmarit.
Verū non
expectata
Pontificis
sententia,
rex ducit
Boleniam,
ipsumq; E
boracensem
exutum bo
nis, grauissi
mē multat.
Pontifex se
cto regis ir
ritatus, ter

1554	Relig.	Respub.	Relig.	Resp.
	autem infimæ conditio- nis emergant: ac paulo post ipse è Senatore fu- carnifex. lib. 10.	redit ea dicitur ad domum Au- striacam. Lant- gravius & Vl- richus intra cer- tum tempus ue- niam petere de- bēt à Ferdinan- do rege suppli- ces, aut ipsi, aut per legatos. Vi- dereliquas hu- ius pacis condi- tiones apud Sle- danum. lib. 8.	cat è Germa- nia, postea= que remit- tit, qui uer- bo conciliū promitte- ret ac etiam indiceret Mantua, re autem ue- ra impedi- ret, Casarē reliquosq; reges ad ar- ma excita- ret, quibus conditioni- bus uellent concilium Protestan- tes cogno- sceret, ut omnino cō- tra quam uellent fie- ret, ac im- primis cau- tè atq; occul- tè ageret, ne fraus sub- esse per sen- tisceretur, quod Cle- mente pon-	dem Martij die uigesimo tertio, in Cæ- saris gratiam secundum Ca- tharinam pro- nunciat, re- gisq; factum condemnat: cum tamen ipse plurimo- rum theolo- gorum ac ma- ximè, distri- buta pecu- nia, Parisien- sium Sorbo- nicorum ap- probatione, in sua fuisse sententia con- firmatus. lib. 9.
	Ioannes Leidenfis ui- am sibi munit ad regnū per duodecim uiros, quos ad rempub. admi- nistrandam constituit, multarum uxorū ma- trimonium sancit. tan- dem 8. Calend. Iulij ua- ticinio cuiusdam noui prophete aurificis, è propheta creatur rex, ut interfectis omnibus regibus ac principibus per uniuersum orbem, piorum regnum stabi- liat. Cniperdolingum nimium ipsum inepte ac turpiter insanientē, ac solum etiam regium appetentem, per triduū in carcere detinet. In so- lione ipse sedens pro con- uentione, cum omni regio apparatū, causas popu- li asceptat: cæ fere om- nes erant de diuortijs. ib. 10.	Legatus Pon- tificis Paulus Vergerius indi- gnè tulit hanc Ferdinandi, cū principibus Lu- theranis pactio- nem. lib. 9.	Vlrichus pe- cuniam quam Gallie rexi pa- ctus erat in pi- gnus, serius ac- tam prope con- fecto bello reci- pit, culpa que- storis, qui hanc	Mediolani princeps Fran- ciscus Sfortia ducit in ma- trimonium Christinam, Danie regis captiui Chri-
	Obsessi Anabaptiste			

1534 Relig.

Repub.

Relig.

Relp.

librum edunt de futuro
priorum regno, de iure
gladij quod ad Eccle-
siarum pastores perti-
neret: de conferendis in
commune bonis: de duo-
bus falsis prophetis Ro-
mano pontifice, ac Lu-
thero, quorum tamen
hic sit illo deterior.

Hec dogmata scriptis
oppugnant Melanch-
thon, Iustus Menius, Vr-
banus Regius. lib. 10.

Monasterij propheta
iussu cõclamatur ad ar-
ma, concurritur, coena-
tur simul à quatuor mil-
libus. Post coenam suã,
celebrant eam quæ est
Domini, 26 doctores e-
mittunt. Rex è coena
cõsurgit, militem quen-
dam captiuum obrun-
cat, ac postea redit ad
coenam. lib. 10.

Doctores emissi do-
ctrinam Anabaptistica
in vicinis oppidis annũ
ciant, capiuntur, actor
mentis subiecti, præter
unũ omnes capite mul-

moram interpo-
nit. Vlrichus in-
tra primum an-
num pignus luit.
Rex ei pecuniã,
quam præterea
non exigua sum-
ma crediderat, do-
no dedit. lib. 9.

Lantgrauius
20 die Iulij, dat
litteras ad Cæsa-
rem, quibus sibi
atq; Vlricho prin-
cipi condonari
petit. Cæsar Ca-
lend. Septembris,
Valentia ad ea re-
spondet, se misso
legato, quid esset
sue mentis nun-
ciasse: ut ex eo de
sua clementia stu-
dioq; pacis intel-
ligat. lib. 9.

Cõfluentiæ De-
cembris mense, fit
principum ac ci-
uitatum Rhena-
næ prouinciæ, is
de quo diximus
supra conuentus.
his ultro se adun-

ifice dico
et accidi-
ẽ. Manda-
tiã ut pri-
cipum ani-
mos accen-
dat in An-
glie regem.
cuius ditio-
nem in præ-
dam dare
cogitet oc-
cupanti: ui-
deat præ-
terea num-
quaratione
posint Lu-
therus ac
Melanch-
thon ab in-
stituto di-
moueri. lib.
9.

Novem-
bri mense
Luteciæ,
crudelissi-
mè seuitur
in eos quos
uulgò uo-
cant Luthe-
ranos. Pro-
scriptæ sive

sterni, sero-
risq; Cæsa-
ris filiam.
Eirex Gab-
lia facturus
erat bellũ,
nisi Clemẽ-
tis Pontifi-
cis inspera-
ta mors ac-
cidisset. lib.
9.

Ludouic-
us, An-
dræ Grit-
ti Venetæ
reipub. du-
cis filius no-
thus, By-
zantiij su-
sceptus,
cũ apud
Solyman-
num tantã
inisset gra-
tiã, ut Illyri-
ci parti illi
quæ Vere-
tis proxima
est, domi-
nus & prin-
ceps consti-
tueretur,

1534

Relig.

Respub.

Relig.

Resp.

stantur. Interrogati in quaestione aiunt, expectare eos qui sunt Monasterij, copias è Frisia & Hollàdia, simul ac uenerint regem suū proditurum in aciem ad interficiendos impios, & pietatis regnum instituendum. Quatuor in orbe prophetas esse, duos iustos, Dauidem & Leidensem, duos iniustos Pontificem ac Lutherum: Præterea Israelitarum exemplo, qui discedentes Aegyptiorum bona secum absulerint: sic se ciuium profugorū bona occupasse. lib. 10.

Rex Anabaptistarum proditionis metu (ciues enim oppressi fame, eum uinctum episcopo dedere cogitabant) deligit sibi duodecim duces, quibus singulas ciuitatis partes attribuit. Eos sibi promissis ac pollicitationibus priuatim conciliabat, recensendis nominatim pro uincijs quas esset cuiq; eorū attributurus. spem etiam facit populo fore ut ad Pascha liberentur ab obsidione. lib. 10.

git Saxonie princeps. Decernuntur episcopo Monasteriensi auxilia subitaria, equites CCC, peditū millia tria in sex menses. placet etiam ut reliqui ordines interpellentur de auxilio atq; in primis Ferdinandus, ut ad eam rem in mensem Aprilē conuentum publicum indicat. li. 10.

Sub finem Decēbris, principes, Cōsuentia, hortatur Monasteriēses per literas ut ab instituto desistant, & sese suo legitimo magistratui dedant: ni pereant, Imperij totius uim & arma minantur, episcopo qui eos obsideat, non esse desitura. lib. 10.

rant iamq; quamprope eset ut etiam filius Antonius Quinquecellensis episcopus, à Clemente septimo fieret Cardinalis, per occasionē simultatis comprehensus ab inimicis suis, capite multatur. lib. 9.

Prodit hoctēpo re libellus gallicè scriptus, ridiculus quidem, sed tamē serius in Pontificios mercatores. lib. 9.

1535

Reipublica.

Renz. Reip.

Relig.	<p>Vere primo Lantgravius ad Ferdinandam regem proficiscitur, inter gratæ reconciliationis causa. Idem facit Vlrichus, sed post longam deliberationem. caput enim illud pacis, ut esset Austriacæ domus beneficiarius, indignissimè ferebat, ob idq; Saxoni atque Lantgrauio per aliquot tempus, grauitèr fuit insensus. Egit tum Vergerius Roma reuersus de concilio cum Lantgrauio apud Ferdinandum: sed nullum ab eo responsum tulit. lib. 9.</p>	<p>Ianua rio men se rex Gallia Lutetia uenit, suppli- catione ad deo- rum te- pla infu- tuit: con- cionem ad popu- lum ha- buit de religio- ne, con- tra Lu- theranis- mum que uocant. Expia- tionis autè & placati- di numi nis diui- ni cau- sa, sex miseros Christia- nos tan- quam ui-</p>	<p>Gallie rex, cum propter le- zatos Tur- cicos, qui apud illum erant, ac propter cru- delitatè in Lutheran- os, uocari se in odium per Germa- niam scin- ret, excusat se quibus- cunque po- testè rationi- bus per lite- ras: ac de Turcis ait, allatas sibi esse pacis cõditiones, quas adhuc repudiari semper, ac sit repudia- turus, nisi ceteri reges ac princi- pes ea pace comprehẽ- dantur. De</p>
	<p>Princeps Saxonie Viennam uenit, ac de Camere iudicibus agit cum Ferdinando. Protestantes, quia camere Imperialis iudices, contra pacem Noribergicam ac mandata Ferdinandi, lites mouebant, quod eas merè nõ esse religiosas dicerent, Protestantes inquam, eos itcirco, cõcepta solenni quadam formula, recusant iudices, ut sibi inimicos & suspectos. Recusationis autem suæ, principes quosdam & Senatus deligunt arbitros. Illi neglecta recusatione in instituto perseuerant. Ob hanc maximè causam sese ad Ferdinandum conserit Saxonie princeps, ac tandem, magna tamen contentione ac difficultate, perficit ut se rex promittat curaturum, ut ab omnibus causis, quas ipsi religiosas esse contendant, Camera supersedeat. lib. 9.</p>		

1535

Reipublica.

Relig. Resp.

Relig.	<p>Novembri mense Vergerius Sa- xonie principem offendit Praga, ex Austria redeuntem. Agit cum eo de concilio, dicitq; serio iam Pontificem de eo cogitare, pio uidelicet, libero, ac omnino tali, quale ipsi postulent, sine ulla conditione. Locum Pontifi- ci placere Mantuam, urbem nimirum Imperij, Germanie propinquam, de modo ac forma futurae actionis, in ipso conuentu iri disputatum. Inuitat eum igitur, ut ipse adsit, ac quanto- pere pacis ac religionis sit studiosus ostendat. Saxo, cum socijs delibera- re, se responsurum esse dicit, ac petit interim, ut quae uerbo dixerit, scri- pto complectatur, ac sibi tradat. Ille paulo aliter ac dixerat rem describit, Mantuam uidelicet Caesari ac Ferdi- nando regi et nunc placere et iam antea Clemente Pontifice placuisse. in Germania non esse tutum propter</p>	<p>Etimas, Lutheranis eodem ip- so die, diuersis urbis lo- cis, exu- ri iubet. Vide a- pud Sle- danum de pompa et cre- monijs Idoli Ge- nouesae apud Pa- risienses, quod pu- blice i- sta, sup- plicati- one ge- statum fuit: Itē de sup- pliciorum crudeli- tate ad- uersus Christi- anos. lib. 9.</p>	<p>autem ait, fuisse eos non eius reli- gionis quae colitur in Germania, sed audaces ac facinoro- sos homi- nes, qui pre- textu reli- gionis, rei- publicae mo- luntur exi- tium. lib. 9.</p>
Mona- sterienses ad prin- cipum li- teras re- spōdet, sed nihil ad rem, ad Lan- grauium prius- tum mis- sis	<p>Sacramentarios ac Anabaptistas. Fal- li qui Pontificem de suo iure decessu- rum putant: ac eos etiam qui Cesa- rem prouinciae concilium in Germa- nia, Pontifice inuito, credant habi- turum. De cautione et fide data per obsides non esse quod sint tantopere soliciti. Mantuam enim urbem esse Imperij, ueruntamen ne id quidem, si uelint, ad iusti concilij actionem de- futurum. lib. 9.</p>	<p>Impera- tor Aprili mense, Bar- chinone, tra- iicit in A- phricā, Tu- netum ur- bem, et ar- cem Gole- tam capit, Muleassem regem re- stituit, sibi- que tributa- rium facit. Barbarossa Turcicus le-</p>	

1535 Relig.

Republica.

Relig. Resp.

his literis,
de rege crea-
to se conan-
tur excusa-
re, quod
Dei manda-
to creau-
erint. und
mittunt e-
tiam suum
de restitu-
ne librū, ac
multis uer-
bis monent
ut resipi-
scat, nec eis
pergat bel-
lum gerere.
Lätgravius
lecto libro
quid in eo
uituperaret
annotat, su-
isq; mandat
uti respon-
deant. inte-
rim rescri-
bit non esse
quod causę
cognitionē
sperēt, post
quam se ge-
rāt ad eum
modum, ut

Ciuitates Imperij Eslinge con-
ueniunt, & ibi demum statuunt,
eos qui antea Confluentie conue-
nissent, non habuisse ius ullum,
onus ipsis imponendi, ac ita quite
quam in Monasteriense bellū con-
ferre recusant. Quod si quem hoc
nomine periclitari contingat, in-
uicem auxilia promittunt. lib. 10.

Protestantes Smalcaldie De-
cembri die sexta conueniunt: re-
spondent autem uigesima prima
ad Pōtificis legationem, idem fere
quod antea Clementi septimo re-
sponderant, ac quā non captio-
sum, non fraudulentum postulent
concilium, declarant. uide supra
quale responsum Clementi dede-
runt anno 1533. ultima die Iunij.
lib. 9.

Gulielmus Bellaius Langeus
Legatus in hoc conuentu Gallie
regem excusat de Christianorum
supplicijs sumptis in Gallia, eos
nimirum non idem sensisse cum
ipsis: præterea seditiones per re-
gnum excitasse. commemorat de
studio regis & beneuolentia erga
eos, propter Gallorum ac Germa-
norum coniunctionem: nullum
hostibus, regem contra ipsos esse
laturum auxilium. cupere ipsum

gatus dilata-
bitur, ac
classem re-
parat. Cæ-
sar in Sici-
liam se reci-
pit. lib. 9.

Anglie
rex mense
Iulio Ioan-
nem Fische-
rum Ros-
sensensem Epi-
scopum, &
Thomam
Morū, qui
regni can-
cellarius
fuerat, ca-
pite multa
riubet. U-
neq; diuor-
tium regis
probabat,
neq; decre-
tum, quo
Pōtificis ab-
rogata po-
testate, pro-
fitebatur se
caput esse
totius per
Anglię Ec-

1535 Relig.

Republica.

Relig. Relp.

tam aperte Scripturæ repugnēt. respondēt iterum Lantgrauio Monasterienses, ac librum alium mittunt populari lingua scriptū de Scripturæ mysterijs. Is plenus erat restitutionis illius, & regni iustitiæ, in quo soli iusti impijs omnibus oppressis regnare deberent. Lecto libro Lantgravius negotium dat suis, ut illum scripturæ auctoritate refutent. lib. 10.

Februario mēse ex regis uxore una, populi fame pereuntis misericordia ducta, cum Deum nollet dixisset ut homines ad hūc modum inedia consumerentur, ipsa regis mariti

mariti

maximopere ut inter ipsos primū, ac deinde inter omnes publico concilio, inætur doctrinæ consensio. Ipsum eius conciliationis futurum adiutorem & sociū. Cupere autem cum primis, si ipsis commodum sit, uel Theologos doctos homines mittere in Germaniam, uel Germanis mittere è suis in Galliam: ut de summa religionis inuicem conferant. lib. 9.

Protestantes respondēt ad orationem legati regij, Quando seditiosi illi fuerint, de quibus sit sumptum supplicium, orare se ut si qui sint in Gallia qui confessionem Augustanam profiteantur, in posterum ne in eos seuiatur. De eius beneuolentia fuisse pergratum: ipsos uicissim in ijs quæ ad Cæsarem & imperium nihil attinent, nulli duros in ipsum auxilia. De conciliatione non stare per se quo minus fiat, sed per Pontificum fraudes & technas qui concilium quale uelint, ipsi representare metuant. Orare se regem, quoniam

clesiæ. Rosensis captiuus creatus est à Papa Cardinalis. lib. 9.

Franciscus Sfortia Mediolani princeps edit è uita sine liberis, sub finem mensis Octobris. lib. 9.

Cæsar è Sicilia Neapolim uenit. inde per literas conuenitur apud Protestantes, quod ipsos audierit inuadere Pontificorum bona, & cum in iudicium iccirco uocentur, obducere pacem.

1535 Relig.

Reipublica.

Relig. Reip.

manu capite ple
ctitur. ad hoc tā
crudele spectacu
lum, reliquæ u=
xores concinunt
& patri cœlesti
gratias agunt.
deinde choream
rex ducit: multi=
tudinem etiam,
cui præter panē
& salem nihil e=
rat reliqui, ad sal
tationem atq; læ
titiam cohorta=
tur. lib. 10.

Rex Mona=
steriensis, qui li=
berationem ad
pascha promissis
set, per sex dies
ægritudinem si=
mulat: post in fo
rum prodit, &
asino cæco cum
insedisset, totius
multitudinis pec
cata sibi Deum
imposuisse dice=
bat: iam igitur
ipsum planè mun
dos esse, & ab
omni piaculo so
lutos.

regum sit & principum co=
gere concilia, det operam ut
cogatur liberum & loco ad
iniuriam minimè opportu=
no. De mittendis in Galliam
Theologis, rem esse longio=
ris deliberationis, & cuius
legati mandatum nullū ha=
beant, se postea sententiam
suam regi per epistolam ef=
se declaraturos. lib. 9.

Legatus regis priuatim
explicat, quæ sit ipsius &
quàm à Sorbonicis diuersa
de religione sententia. Vide
eam apud Sleidanum descri
ptā longioribus uerbis. Hor
tabatur legatus regis Pro=
stantes, ne quem concilij lo=
cū reciperent, nisi de ipsius
& Angliæ regis sententia.
lib. 9.

Angliæ regis legatus in
conuentu Smalcaldico ora=
tionem habet de præclara
sui regis erga ueram religio
nem uoluntate, de profliga=
tione tyrannidis Antichri=
sti: de doctrinæ consensione,
de pace totius orbis Chri=
stiani, ac de concilio, quod
tale haberi non cupiat, in
quo Pontifex suam tyran=
lutos.

Noribergi=
cam. lib. 9.

Gallie
rex, qui tā
plane consti
tuerat in I=
talia bellige
rare, legatū
mittit Smal
caldiam ad
Protestan=
tium cōuen
tum, Guliel
mum Bel
laium Lan
geum. Hu
ius erat po
tissima cura
ut eos ad sce
dus cū Gal
liæ rege in=
cundum so
licitaret.

Verūcūm
ipsi perse
tuō Cesare
exciperent,
infectare di
scessit. li. 9.

Angliæ
rex legatū
mittit ad

1535 Relig.

Relpublica.

Relig. Resp.

lutos. Hanc illā esse quam promiserit liberatio nem, qua quidem debeant esse contenti. lib. 10.

Lutherus per hoc tempus grauiſimè de hac Monasteriēſi inſania conquiritur: ei cauſam, Euangelij contemptum attribuit. Veruntamen nimium aſperam hanc eſſe Diaboli technam, quā ut poſſit eo modo Euangelio tenebras offundere. rudem uidelicet & parum exercitatum eſſe eum cacodæmonem, qui tam detectā impietatem proponat, à qua homines etiam natura abhorreāt. Multo cautiore

nidem ſtabiliat: tandem ait non recuſare regem, quin ad reſtituendum ac tuendum uerū Dei cultum, ſeſe iſtis coniungat, & hoc quidem ſe habere in mandatis, rogare autem ut ſibi liceat amplius priuatim de eare, cum aliquot delectis conferre. lib. 9.

Proteſtantes Angliæ legato ad ſingula eius orationis capita peramicè reſpondent, ac impriſis concilium Pontificem poſſe liceri Mantuæ, quid autem in ea re ſuæ ſit ſententiæ edito ſcripto declaraffe. Scriptum ei tradunt quod ad regem perferat, ac ſimul quosdam deligunt, ut de quibus dixerat rebus cum illis conferat. lib. 9.

Cum eſſet actum cum Angliæ regis legato de ſœdere, per ſcribit iſ ad regem quæ ſit in eo uoluntas Proteſtantium, nempe ut rex Auguſtanam confeſſionem profiteatur ac propugnet, nullus niſi de communi uoluntate concilij recipiatur locus, ipſe ſit ſœderis deſenſor, dependatq; ad eius tuitionem centena millia aureorum, ſi bellū fuerit diuturnum, ducenta: ipſi

Proteſtationum conueniētiam Smalcaldiam Eduardum Foxxum epiſcopum Erfurtē ſem. lib. 9.

1535 Relig.

Reipublica.

Relig. Resp.

et astutiorē esse
 eum, qui specie
 religionis ac tē-
 perantiae in ui-
 ctu, in uestitu, in
 corporis uolu-
 ptatibus et re-
 bus externis, de-
 niq; in omni si-
 mulatione pieta-
 tis, superstitionē
 ac impietatem

Deo non minus
 quam illa aper-
 ta, odiosam indu-
 cit. Ab illo mul-
 to magis nobis
 esse cauēdum, ac
 multa alia que
 quis ex ipsius
 Lutheri libris
 potius, quam ex
 his riuulis hauri
 re poterit. lib.

10.

Consultatio-
 nem errorū quos
 docuere ac docēt
 adhuc Anabapti-
 stae si quis uidere
 cupiat, legat li-
 bros Theologo-
 rum huius eta-
 tis, quibus et ex
 pro-

uicissim non facultates modō
 suas, sed uitam etiam cogantur
 profundere, si religionis causa
 regi bellam inferatur. Cum hæc
 Protestantium postulata misis-
 set in Angliam Legatus, Vit-
 tembergæ transigit hyemem.
 Interea cum theologis de reli-
 gione differit, sollicitatq; relu-
 ctantes ut regis diuortium pro-
 bent. lib. 10.

Cum à Ferdinando rege 12
 die Decembris, Saxonie prin-
 ceptis redisset, tandem 24 men-
 sis, decreto facto, foedus quod
 post annum finiebat, renouatur
 in annos decem: placet ut qui
 uelint, in hoc foedus recipian-
 tur, modō profiteantur confes-
 sionem Augustanā. In his erant
 Pomeranie princeps, Ulrichus
 Vuirtembergicus, Robertus
 Bauarus Bipontinus, Augusta,
 Francosfurtum, Campodunum,
 Hamburgum, Hanobria, quo-
 rum nonnulli iam tum petebāt
 admitti, reliqui spem faciebāt.
 Gulielmus Comes Nassouius in
 hoc foedus admittitur: sitq; in-
 ter ipsum atq; Lantgrauum re-
 ligionis nomine conciliatio, ex-
 cepta tamen ditione Chatterū,
 de qua erat inter eos cōtrouer-

1535 Relig.

Respublica.

Relig.

Resp.

professo nonnulli, et
è re nata quam plu-
rimi doctrinam co-
rum profligarunt.
lib. 10.

Senatus Augusta-
nus hoc anno omni-
demum sublata dis-
fensione, doctrinam
Euangelij recipit, et
datis ad Lutherum
litteris orat, ut fide-
les ecclesie mini-
stros, et in his Vr-
banum Regium mit-
tat. lib. 9.

Ad Casarem ue-
rò, Ferdinandum et
ceteros ordines Im-
perij edito scripto
facti sui rationem
reddit. Christopho-
rus episcopus illi
scripto postea respõ-
det, et à multa cri-
minatione Casarem
atque principes hor-
tatur, quandoqui-
dem ad ipsos non
minus quam ad se
periculum pertineat,
ut in medium consu-
lant. lib. 11.

CAsar-

sia. Conuenit præterea de-
creto, ut si Camera pergat
contra mandata Ferdinan-
di, resq; deueniat ad uim, tũ
demum edito scripto, prin-
cipes orent, ne Camera sen-
tentiam eiusmodi ratam ha-
beant. Si nihil proficiant, tũ
à se, quacunque ratione pos-
sint, iniuriam depellat. Sta-
tuitur etiam ut uitia in cere-
monijs et ecclesiastica iuris-
dictione emendentur: cauea-
tur tamen diligenter, ne cui
sue facultates eripiantur.
lib. 9.

Aprili mense Vuormacia,
Ferdinandus rogatu princi-
pum per legatos conuentum
agit. Ibi cum ciuitates de con-
tributione in Monasterien-
sem obsidionem, plurimum
cum principibus contendis-
sent: tandem tamẽ decernun-
tur auxilia in menses quin-
que: conuenitq; ut capta ur-
be, innocenti turbae parcere-
tur, et ut uiris bonis qui uel
obsessi essent, uel alio com-
migrassent, bona restitueren-
tur. lib. 10.

Vigesima quarta Iulij die,
consilio atq; opera duorum
transfugarum, Oberstinius

1535 Religio.

Respublica.

Relig. Rdp.

Calendis Iulij, cum Monasterienses omnia praefractè ac obstinatè agerent, iubentur tandem à duobus, qui urbem obsidebant, ne posthac ullos emittit, ne pueros quidem aut mulieres. Nam antea compulsi fame quidam exierant, quibus erat parvum. Alii autè postridie queruntur per literas, se non admitti ad legitimam cognitionem, & præter omnium meritum affligi: quod si quis errorè ipsis demonstrat, non se defuturos officio. Deinde locum quem Danielis explicant, de quarta bestia longe omnium scruissima: exitus erat literarum se Dei beneficio in hac ueritate confessione perscueraturos. hæc autem omnia de uoluntate regis ita scripta sunt. lib. 10.

Comes dux totius exercitus, simul cum episcopo, nocturnè Monasterium inuadunt, milites etiam per fossam atque uallum introducunt, cumque aliquantisper oppidani resistissent in portis primum, ac deinde in medio foro, tandem ueniamque petunt ac impetrant. Rex & Cniperdolingus capiuntur. Rotmannus cum in cõsertam hostium aciem incurriisset, occiditur. Episcopus dimidiam prædæ & tormenta sibi sumit, duo tantum signa præsidij causa seruat. lib. 10.

Idibus Iulij Vuormacie, per Ferdinandi legatos conuentus agitur, de delendis in uniuersum Anabaptistis, de interpellando Pontifice, de concilio. Monebat id Protestantes Ferdinandus. Illi respondent, tam sepe id à se ante factum esse, ut iam minime necessarium putent. Monasterienses episcopus satisfieri sibi petit, pro impensis in hoc bellum factis: Cumque nihil decerni posset, indicitur alter conuentus ad eam rem, eodè loco, Calendis Nouembris. lib. 10.

1535 Relig.

Respub.

Relig. Resp.

Rex ac socij captiui, cum huc illuc ad principes spectaculi causa circumduceretur, ac in Lantgrauij concionatoribus incidisset, ita est ab eis scripturae auctoritate conuictus, & labefactatus, ut proposita sibi impunitate, se perfecturum promitteret, ut qui per Hollandiam, Brabantiam, Angliam, Phrisiam essent maximo numero Anabaptistae, resipiscerent ac magistratui obtemperarent. uerum id uitandae mortis causa dixisse creditur. lib. 10.

Vuormaciae Calendis Nouembris, decernitur ut Episcopus Monasteriensis, aestimatione facta, eam praedae partem quam ex urbe occuparit, compenset cum impensis: si quid sit amplius, ut eius ratio habeatur: ciues innoxij conseruentur, profugi restituantur, rex & ceteri captiui puniantur, propugnacula omnia diruantur: ceterum urbs pro more antiquo subsit Imperio, religioque ex Imperij decretis in ea statuatur. Huic postremo de religione, Saxo, Lantgrauius, Vuirtembergicus & Anhaltius intercedunt: idem faciunt etiam ciuitates, sed neque ueteres urbis munitiones dirui uolebant, de nouis non repugnabant. lib. 10.

1536

Respublica.

Relig.

Respub.

Relig.

Circa finem mensis Ianuarij Monasterij, sumitur supplicium de Ioanne Leidensi Anabaptistarum rege, Cniperdolingogo ac Crechtingo eius socijs. Alligati palo, cadenti forcipe excarnificantur. Rex quidem agnoscit peccatum, reliqui obstinate sua defendunt. lib.10.

Saxo, Lantgravius, Ernestus Luneburgius, ac nonnullae uicinae ciuitates, mense Februario pacem faciunt inter Christianum Friderici Holsatiae ducis (qui Lubecensium ope creatus erat Daniæ rex) filium regni successorem, atque ipsos Lubecenses, cum inter eos ortum esset grauisimum bellum. lib.10.

Duodecima die Martij, Legatus Angliæ, cum de regis sententia cognouisset, quanam ea sit Vitemberge, coram Saxonie principe explicat, Rex enim uidelicet ipso-

Catharina, quæ ante annum tertium Hæricus Angliæ rex repudiauerat, relicta ex eo filia Maria, moritur mense Ianuario. Mariam iam antea rex pronunciauerat illegitimam. lib.10.

Occasione belli, quod Gencuensibus Bernatum socijs inferebat Carolus Sabaudie dux, impulsus ab Episcopo Geneuensi, Bernate Heluetij, repulso hoste, Sabaudiam quæ ipsorum finibus uicina est, aliquot etiam ultra Lemanium lacum miliaribus occupant. Gallie rex admonitus idem facit, ac Schaboto Admiraliõ duce, Taurinum occupat. Pedemontanam regionem inuadit, Carolum auunculum suum ditione pellit. hoc putatur fuisse Cle-

	In Saxonia exuruntur aliquot oppida: auctore id Henrico Brunsvicensi factum putabatur, & incendiarij, de quibus postea sumptum est supplicium, morientes, se ab Henrici domesticis ad id conductos, constanter asseverabant. lib. 13.		A morte Vayode, pupilli tutores & caeteri proceres ipsum Turcae commendant. Turcae patrocinium pollicentur, eique honoris causa donamittit. lib. 13.
	Caesar datis Vtrique literis Idibus Augusti confirmat decretum Haganoicum. alijs item sub Idus Octobris Bruxelle datis, Granuellanum ad futurum Vormaciense colloquium, legatum instituit. lib. 13.		
	Ferdinandus in Austriam reuersus, statuit sibi pro Vngariae regno prius esse belligerandum, quam regina uidua & pupilli tutores instrui essent. lib. 13.		
	Venit Vuormacia Granuellanus, cum Hispanis theo-		

1540

Respublica.

Relig.

Respub.

Relig.

logis, habetq; orationem de
Caesaris studio ad pacem. lib.

13.

Deliguntur utrinq; bini
Scribae, qui fideliter ea quae
dicenda sunt excipiant. lib. 13.

Adest hic à Pontifice le-
gatus Thomas Campegius,
Feltrensis episcopus. lib. 13.

Proponuntur à praesidi-
bus huius colloquij haec leges,
ne cui, nisi qui sit ad congres-
sum designatus, communi-
centur acta colloquij, nec
euulgentur etiam, nisi prius
ad Caesarem sint relata. De-
inde petunt ut Protestantes
ea doctrinae capita, quibus
omnino decreuerint immo-
rari, scripto complectantur
& exhibeant. Plurima de
ijs, de formula iurisdictioni,
de numero collocutorum, de
suffragiorum modo, fuit in-
ter eos altercatio. Et consul-
to Pontificij ita ducebant
tempus quod Protestantes
uiderent numero suffragio-
rum esse superiores. lib. 13.

Solyman-
nus Turca Hie-
ronymum La-
scum, quae Fer-
dinandus ut i-
psum placaret,
Byzantium le-
gatum mise-
rat, conijcit in
uincula, simul
auxilia pupil-
lo mittit, quae
tamen impedi-
ta hyeme pau-
lo serius adue-
nerunt. Hie-
ronymus ille
Lascus supe-
rioribus annis
à Vayuoda de-
sciuerat ad Fer-
dinandum. lib.

13.

Religio.

Secunda Ianuarij die alie leges proponuntur, ut duo tantū ex omni numero theologi differāt, ut scribæ nudas sententias excipiant, rationes & argumenta omittant: ne minor pars teneatur accedere sententiæ maioris. has leges Protestantes recusant. Idibus tandem Ianuarij conuenit ut Ioannes Eccius & Philippus Melanchthon soli differant. Verū post tertium colloquij diem, ecce adferuntur Cæsaris literæ, quibus tota actio dissoluta reijcitur ad Ratisbonæ comitia. Idq; erat nimirum quod tantopere Pontificij expectabant. Accidit hoc opera Petri Pauli Vergerij imprimis, Gallie regis nomine quidem in hoc conuentu legati, sed reuera Pontificij procuratoris. Orationem hic de unitate & pace Ecclesie à se compositam & typis excussam singulis distribuebat. In ea hoc potissimum erat non esse de nationis concilio cogitandum, sed omnia esse ad generale referenda. lib. 17.

Initio Ianuarij mensis, Cæsar è Belgio per Metum, Spi-

Exijt Lutheri liber, ad Ratisbonæ comitia allatus, quo Saxonie principem aduersus Henrici Brunsvicensis contumelias defendebat. In eo libro disputat Lutherus de concilio & ecclesie reformatione, de Cæsaris officio ac potestate, eiq; Protestantes in religionis decretis minime parere debuisse confirmat: repetit etiā ab initio causam qua

Vndecima die Februarij Philippus Schabotus, Gallie (quem uocant) Amiralus, Meloduni damnatus repetundarum & lese maiestatis, abducitur in carcerem non procul à Lutetia Vincennium: tulit hanc sententiam Gulielmus Poyetus Gallie Cancellarius, euocatis ad hoc iudicium totius Gallie primarijs senatoribus. lib. 13.

Gulielmus princeps Cluensis clarus uenit in Galliam sub finem Aprilis. Celebratur eius nuptie cum Ioanna Nauarra

1541 Relig.

Respublica.

Relig.

Relig.

impulsus ce-
perit primū
indulgenti-
is oppugna-
re. Brunsvi-
censis scri-
pto Saxo-
nie princi-
pem appel-
larat hereti-
cū, seditio-
sum, Cainū,
monstrum
Æsopum,
nulla nec a-
nimi, nec
corporis vir-
tute prædi-
tum, quem
ipse quoque
Lutherus li-
cet eius ido-
lum ac ue-
lut alter
Deus, ride-
ret & con-
temneret.
addiderat e-
tiam Luthe-
rum exci-
tasse tragœ-
diam hanc
religionis,
impulsa Sa-

ram, Noribergam, uenit Ra-
tisonam. lib. 13.

Mauricius Henrici Saxo-
nie principis filius, ducit in
matrimonium Agnetem, Lant-
grauij filiam. lib. 13.

Mense Martio cōueniunt
magno numero Ratibone
principes. Saxo nō uenit, sed
legationem misit amplissi-
mam, cū Philippo Melanch-
thone & alijs theologis. Ve-
nit quoque Caspar Contare-
nus Cardinalis, Pontificis le-
gatus. lib. 13.

Aprilis die quinto, Ra-
tisonæ inchoatur actio. Ion-
ga imprimis nomine Caesaris
habetur oratio: in qua ad de-
clarandum eius erga repu-
blicam animum, commemo-
ratur quicquid ante multos
annos tum reipub. tum reli-
gionis causa fecerit. exitus o-
rationis erat, ut deligerentur
utrinq; Theologi, qui de con-
trouersis articulis amice dis-
ceptarent. Hæc cum Prot-
stantibus placuisset oratio,
deligit Caesar Aprilis die deci-
ma tertia ipsorum permissis

regis filia, sub
Iudis Iunij. Pare-
tes hoc coniu-
gium non ualde
probabāt, erāt-
que filia paulo
ab eo alienior,
uerum regis au-
toritati conce-
dunt. Post hoc
contractum ma-
trimonium, re-
diu Cluensis in
Germaniam, re-
lictā apud ma-
trem coniuge
sponsa, donec
esset uiro tem-
pestiua. lib. 13.

Maiō mense
Gallic rex, A-
miralium male-
statis damnatū,
non tantum car-
cere liberat, sed
etiam pristina
dignitati atque
honori resti-
tuit. lib. 13.

1541 Relig.

Respublica.

Relig.

Resp.

xonie prin
cipis Fri=
derici, qui
Magdebur=
genssem epi=
scopatam in
uidisset Al=
berto Mo=
guntino. Lu=
therus his
causis exci=
tatus, eum
quem supra
diximus li=
brum edit.
lib. 13.

Philippum Melanchthonē,
Bucerum & Pistorium qui
cum Iulio Pflugio, Eccio &
Ioanne Groppero disceptēt.
deligit præterea Fridericum
Palatinum & Granuellanū,
qui disputationi præstant,
alios præterea qui tanquam
testes adsint. Cum autem col=
loquij causa delecti cōuenis=
sent, offertur eis à Granuella
no descriptus liber, quem a
uiris pijs atq; doctis Cæsari
traditum esse diceret. iubet er=
go ut eum euoluant diligen=
ter, & quod in eo simul om=
nibus probabitur laudent,
quod minus corrigant. li. 13.

Protestan=
tium ordi=
nes, Maio
mense, ad
Gallie regē
dant literas,
quibus de=
precantur
pro ijs, qui
per Prouin=
ciam in Gal=
lia Merin=
doli religio=
nis causa ue=
xabantur.
lib. 13.

Vltima die Maij redditur
Cæsari liber, cuius in quam=
plurimis articulis conuenire
inter doctores non potuit,
conuenit tamen in nonnullis.
exhibent unā cum libro Cæ=
saris Protestantes, suam de cō=
trouersis articulis, argumen=
tis & rationibus munitā sen=
tentiam. Vtrunq; Cæsar exhi=
bet principibus examinan=
dum: quæq; sit de eo, & de
reipub. statu emendando ip=
sorū sententia sibi renuncia=
ri petit. Principes magna ex

Anna Mon=
morancius Gal=
lie Connesta=
blius, cum ob
Cæsaris transi=
tum per Gal=
liam, regem ha=
beret minus
propitiū, quiq;
antea summa
apud regem ha=
beret omnia,
nunc contem=
ptus & despe=
ctus uiuere in
Curia, domum
se recipit ad
hoc tempus, &
incerta condi=
tione uitam pri=
uatam agit.
lib. 13.

Sub Calen=
das Iulias, Cæ=
sar Fregosus et
Antonius Rin=
conus, quos
Gallie rex ad
Turcarum Im=
peratorem le=
gatos mittebat.

1541

Respub.

Relig. Respub.

Relig.

Eccius,
Ratisbone
febricitans,
morose re=
scribit ad
ordines, li=
brum à Cæ=
sare oblatū
insulsum ef=
se, phrasim
Melanch=
thonis redo=
lere, nun=
quam ip=
sum sibi ef=
se probatū,
ac nihilo
magis etiā
scriptum il=
lud quod
unā Cæsari
oblatum ef=
et. Sic à su=
is ipse socijs
dissidet, qui

parte omnes Pontificij cen=
sent ad Pontificis legatum re=
ferendam esse omnem actio=
nem. Protestantes urgent in=
choatum colloquium, atq;
ad ciuilem reipub. administra=
tionem, censent leges ante an=
num undecimum latas esse in=
usum reuocandas: ecclesiasti=
cam autem ad Euangelij nor=
mam esse reuocandam. Lega=
tus Pontificis censet ad publi=
cum concilium hanc esse om=
nino reiiciendam controuer=
siam. Episcopos deinde ad se
conuocatos hortatur longa
oratione ad uitæ honestatē,
ad extinguendam omni stu=
dio Lutheri doctrinā, ad ex=
citanda iuuentutis studia, et
eius generis cætera. hanc ora=
tionem postea scripto com=
prehensam Cæsari exhibet, ac
nonnullis episcopis. lib. 14.

Cæsar apud ordines Im=
perij tertia Iulij die, de prin=
cipe Cliuensi conqueritur,
quodq; iure sibi Geldria de=
beatur, declarat. Principes ac
ordines omnes deprecantur
pro Cliuensi. Cæsar indigna=
tur quod in hac causa, que
proprie ad se pertineat, tam

cum Padum na=
uigarent, ituri
Venetias, capti
sunt à Cæsariā=
nis et trucidati.
accusatur
huius facinoris
Alphonsus Da=
ualus Marchio,
Cæsaris per Im=
subriam præfe=
ctus. Is purgan=
di sui causa, le=
gatū mittit ad
regem Comitē
Franciscum La=
dronium. Rex
mittit ad comi=
tia Ratisbonā,
qui de cæde sa=
cta queratur a=
pud Cæsare. li=
uero cum respō=
sum, non quale
cuperent, tulisse=
sent, et Geor=
gius Austriacus
Maximiliani
Cæsaris filius
nothus, archi=
episcopus Va=
lentinus, ex Hi=
spanijs in Bel=
gium profectus

rus,

1541 Relig. Respublica.

Relig. Resp

factam sibi bene inter ipsos conueniat, ut ab eo tali oratione, iniuriam rati, nō conquiescunt, donec Caesar scripto publico honorificū illis testimonium daret. lib. 14.

Quarta die Iulij, Gallie regis legatus Raymondus, oratione proluxa, de scripto recitat causam exacti Sabaudie principis Caroli, qui superioribus aliquot diebus ad Caesarem et ordines regē accusarat. lib. 14.

Caesar 12 Iulij die, quid Pontificis legatus responderit apud ordines exponit, rogatque num putent esse consultum, ut ea de quibus inter collocutores conuenirent rata sint, tantisper dum generale fiat concilium, aut alter agatur imperij conuentus. Legatus Pontificis ut id fieret nō assentiebatur. Impediunt etiā Henricus Brunsvicensis et unā cum eo plerique alij principes. Electores et principes ceteri, cupidipacis, ut id fiat consentiunt. Protestantes flagitant, ac praeterea rogant decretum Augustanum aboleri, uel certe suspendi: de concilio etiam quale cupiant, utque nec Pontifici nec ipsius clientele tribuant iudicandi partes declarant. lib. 14.

rus, per Galliam iter faceret, Lugduni comprehensus, iudicandi Rinconis et Fregosi causa in carcerem abducitur. lib. 14.

Ferdinandus Buda Ioannis Vayuode uxorem uiduam obsidet, cum eius filiolo Stephano. Verum aduentu Turcarum obsidionem cogitur relinquere. Turca Iulio mense mittit auxilia Budam Vayuode filio, Pestum capit, et relegata in Transyluaniam Vayuode regis uidua cum filio, Budam sibi ab ea ingratam traditam occupat. lib. 14.

H iij

1541

Respub.

Relig.

Resp.

Relig.

Contarenius cum uidet fore ut tota res ad generale, uel ad prouincie Germanie conciliū reijciatur, 26 Iulij petit per epistolam, hoc postremum de prouincie Germanie concilio, ne addatur. Principes negant: theologi uerò Protestantes ad singula eius argumenta respondent. lib. 14.

Iulij die 28, decernit Caesar ut institutum colloquium, & omnis religionis actio referatur ad concilium, ad conuentū uel Germanie totius uel ordinum Imperij. Ne quid Protestantes præter conciliata dogmata noui suscipiant. Episcopi ut suas Ecclesias à uitijs repurgent. Conuentū Imperij promittit ante 18 menses, si non possit à Pontifice concilium impetrari. Addita erant in decreto de non diruendis templis monachorum alia capita, de non interuertendis bonis sacris, de non sollicitandis alijs ad diuersam religionē. Ea Caesar postea, rogatu Protestantium, declarat scripto quomodo accipiat. Non esse diruenda templa monachorum, sed censere ipsos ad piam emendationem esse reuocandos. Neminem esse pelliciendū ad diuersam religionem, sed tamen li

Franciscus

Lotharingie ducis Antonij filius, in matrimonium ducit Danie regis Christierni filiā Christianam uiduā. Tulit hoc molestè Gallie rex, eoq; magis quod anno superiore filia Lotharingi nupserrat Auracie principi Renato, qui totus p̄debat à Cesare. lib. 14.

Caesar Lucæ cum Pontifice colloquitur, ac quo Turcas in diuersa parte distineret, soluit e portu Veneris & per Corsicā & Baleares insulas nauigat ad Argieram: quo tandem appulit Octobris die 23. lib. 14.

154

Respublica.

Relig.

Resp.

Religio.

cerere ut eos recipiant, qui ultro uolent ad ipsos transire. Decretū Augustanum, proscriptiones omnes, nominatim uero Goslariensem suspendi. Ita cauet Caesar Protestantibus per literas signo confirmatas, ac uicissim ab eis auxilium aduersus Turcas impetrat. lib. 13.

Granuellanus à Casare in Italia relinquitur, ut de cōcilio Pontificem sollicitet, & Senensem rempub. seditionis fluctibus astuantem, componat. lib. 14.

Moritur
Argentine
Capito,
summe uir
eruditio-
nis, profes-
sione theo-
logus. lib.
14.

Decernitur subitarium aduersus Turcas auxilium Germanorum, quos Fridericus Furstbergius deducit in Vngariam. li. 14.

Cesar Ratisbona contendit in Italiam, Fridericum Palatinum orat ut per principes electores cli principe Cliuensi agat de restituenda Geldria. lib. 14.

Electores ad Cliuensem legatos mittunt. Ille causam iuris disceptationi permittere se respondet, et ne uim sibi fieri patiantur, sed ad equitatem, Caesaris animum flectant, obtestatur. lib. 14.

Grassatur morbus in Germania, praesertim ad Rheni tractum. lib. 14.

Cesar tertio post die quam Argeram applicuit, cum orta ingenti tempestate, cum & ormenta b. lucas, & n. ues quipurimas, & omnem
H. 154

1541	Republica.	Relig.	Repub.
Relig.	<p>Austriacæ nobilitatis proceres numero ad XXIII, & unâ cum ijs ciuitates decem, in publico conuentu ordinum ditionis Ferdinandi, Pragæ, decima tertia Decembris die, libellum supplicem Regi tradunt, ac commemoratis cladibus à Turca acceptis, quas Deum immisisse sibi, propter corruptum ipsius cultum, queruntur, orant & obsecrânt, uti sibi sacramentorum purus usus & Euangelij sincera doctrina permittatur: atq; ut exrecenti Ratisbonensi decreto, liceat Ecclesias suas à uitijs emendare. Ferdinandus iubet eos publicum totius orbis, uel Germaniæ prouinciæ concilium expectare. Decretumq; Ratisbonense excipit ad solos Protestantes pertinere. lib. 14.</p>	<p>Basileæ moritur Simon Gryneus summus philosophus, & simul sacrarum literarum studiosissimus. lib. 14.</p>	<p>castrensem apparatus amisisset, in seclâ re cogitur redire mense Nouembri in Hispaniam. lib. 14.</p> <p>Cladis Africane nūcius delatus in Galliam mense Decembri, non obscuram excitat letitiam. lib. 14.</p>

1542 Relig.

Respub.

Relig.

Respub.

Moritur
Episcopus
Numburgi
cus: ei substi-
tuitur à col-
legio, Iulius
Pflugius, is
qui in Ra-
tisbonensi
colloquio
partium e-
rat Pontifi-
cis. Saxo-
nie prin-
ceps non li-
cere colle-
gio conten-
debat, nisi
quem ipse
approbas-
set, eligere.

Ideoq; aliū
instituit Ni-
colaum Am-
storffium,
ex nobilita-
te theologū
Vuittēber-
gicum, quē
Ianuario
mense Lu-
therus mini-
sterio prae-
sit. Saxo

Agitur mandato Ce-
saris, ordinum conuen-
tus Spire mense Ianua-
rio. Februarij uerò men-
sis die nona cum omnes
conuenissent, Ferdinan-
dus proponit de Turca,
qui relictis in Vngaria
tormentis omnibus belli-
cis, proculdubio estate
proxima sit in Austriam
rediturus: Cumq; expo-
suisset de Austriacis, Vn-
garis, Bohemis quid ipsi
in bellū collaturi essent,
hortatur ordines, ut
quid ipsi etiam debeant
conferre, dispiciant. lib.
14.

Legatus Gallicus Frā-
ciscus Oliuerius, decima
quarta Februarij die,
cum in ordinum confes-
su de Regijs legatis, quos
auertendi Turcæ causa à
bello Pannonico, dimi-
serat, interfectis, breui-
ter est conquestus, de bel-
lo Turcico uerba facit,
ac omnino dissuadet, hoc
tempore tam diuiso ac
distracto, bellum inferri
Turcæ: illatū uerò pro-

Anglie rex
uxorem Catha-
rinam Hauardā
capite plectit,
quod cum eam
duxisset pro uir-
gine, antea fuis-
se corruptā atq;
uitiatam compe-
risset. suppliciū
etiam postea de
stupratore sum-
ptum est & alijs
quibusdā, quod
cum id scirent re-
ticuissent. Ea su-
blata sextam du-
cit Catharinam
Parram. lib. 14.

Reuerso in
Galliam Oliue-
rio, Gallie rex
animum ad bel-
lum adijcit: resi-
tutionem Ami-
ralij, quo uti in
bello præcipue
cogitabat, 12 die
Martij publico
diplomate san-
cit & confir-
mat. lib. 14.

Ponti-
fex, Calen-
dis Iunij, cō-
cilium in-
dicit Tri-
denti ad Ca-
lendas No-
uembres.
lib. 14.

1542 Relig.

Respublica.

Relig.

Reipub.

inter alias causas, quibus Pflugium non ap-
probet Episcopum, hanc adfert, quod Augustane confessioni palam aduersetur. lib.

14.

Bucerus commendatione Gropperi, euocatur beneuolentiae causa ab Archiepiscopo Colonien-
si. Profectus est Februario mense, & amice acceptus, dimit-
titur, ita ut alio tempore uocatus eo redeat. lib. 14.

Lib.

pulsari suadet uehementer. altera parte orationis hortatur Germanos ad concordiam, ac longe lateque per historias tum ueteres, tum recentiores excurrens, quanta monarchiae, quam firma imperia sola sint discordia dissoluta declarat. lib.

14.

Pontificius legatus Ioannes Moronus episcopus Mutinensis, die Martij uerba facit, ac nomine Pontificis in bellum Turcicum quinque peditem millia, promittit, si modo Caesar ipse militiae praesit. Sin alius dimidium tantum. De concilio ait, quoniam Pontifex inter esse & debeat & uelit, per etatem autem ipse non possit longiorem institutione profectioem, et aeris mutatio sit ipsi periculosa, ipsa ideo non posse in Germania concilium indicere. Verum postquam res ita postulet, non recusare, quin Tridenti ad ipsos Ger-

Excitatur Lutetiae rumor de subito in Veromanduis tumultu, quasi iam ibi hostes essent.

Rex eo continuo mittit principes qui tum forte aderant, Vendomium, Guysium, Aumalium, Niuernum, & maximum cum ipsis numeram nobilium. Postquam eo reuertum est, mera solitudo, merum silentium. Hunc ruorem rex ipse dicitur excusasse, ne belli, quod iam decreuisset, auctor populo uideretur. lib. 14.

Lutetiae proponuntur edicta, & a rege & a Senatu grauisima, aduersus Lutheranos. moneatur populus ut quos nouerit aliam religionem

Galliae rex, ad principem Cluensem, Longeuallum mittit, qui sub aetate collectis ibi co-

1742 Relig.

Reipublica.

Relig.

Reipub.

Luthe-
rus cum ab
ordinibus
Imperij ad-
uersus Tur-
cas decretū
esset bellū,
militarē e-
dit concio-
nem, ut qui
castra se-
quutiuri es-
sent Eccle-
siae mini-
stri, formu-
lam aliquā
haberent et
docendi &
exhortādi.
Explicat
primū quid
ex sacris li-
teris de Tur-
ca sit senti-
endū. De-
inde subij-
cit consolā-
tionem quā
dam eorum
qui apud
Turcas ca-
ptiui deti-
nentur. Po-
stremo for-

mania fines ad Idus Au-
gusti indicatur. Princi-
pes Pontificij gratias a-
gunt. Protestantes con-
cilium in Germania pe-
tunt, neq; legato Ponti-
ficio in uillare assentiun-
tur. lib. 14.

Decernuntur in Tur-
cam, & ad sustinendum
bellum, & ad amissare-
cuperanda totius Impe-
rij auxilia, estq; hoc no-
mine uiritim per Germa-
niam collecta pecunia.
Summa rerum praefici-
tur Elector Brandebur-
gicus Ioachimus, qui sta-
tim Spira profectus ad ite-
ter se comparat. Finem
habuit conuentus Apri-
lis die undecima. lib.
14.

Disident in Saxonia
princeps Elector, et Mau-
ricius Henrici patris sui
nuper mortui heres, de-
ditionis suae finibus, res-
que omnino ad bellum
spectare uidebatur, nisi
Lantgrauius corpescu-
isset. Pflugij causam pro

colere, eos
deserat ad
delectos ad
eam rē The-
ologos. Ita-
bentur hi-
bliopole
quicquid
habent su-
spectorū li-
brorum, id
ante certū
tempus de-
ferre ad de-
lectos. da-
tur sacrifici-
culis For-
mula secun-
dum quam
in haereti-
cos inquit-
rant a popu-
lo. Fit etiā
publicè sup-
plicatio ad
templa di-
uorum, re-
gni salutis
& conser-
uandae reli-
gionis cau-
sa. circum-
fertur etiā
Genouefa

pijs, ductore
Martino Rosse-
mo, rei gerendae
occasionem ex-
pectaret. lib. 14.

Julio mense
Gallia rex atro-
cissimis uerbis
Caesari bellū de-
nunciat, ac con-
tinuo post quin-
que diuersis lo-
cis ipsum sum-
ma ui & conten-
tione adoritur.
In Brabantia ua-
stabant omnia
Longuallus &
Rossemus, ac ni-
rebus ad tormen-
ta necessarijs de-
stituti fuissent,
ipsam Antuer-
pnam cepissent
atq; Louanium.
Ita tandem Aure-
liano principi
Carolo, qui Lu-
cemburgicae re-
gioni bellum fa-
ciebat se coniun-
gunt, ac praeter
Danuillerum,

1542	Republica.	Relig.	Respub.
Relig. mulā ad dit pre- catio- nis, ad- uersum Satha- nam, Pō- tificem atque Turcā. lib. 14.	<p>babat aperte Mauricius. lib. 14.</p> <p>Hac æstate locustarū infinita turba Germaniam & Italiam citeriorem uolando peruasit. erant autem inusitata magnitudine, & ubicunque considerent, agros depascebant. lib. 14.</p>	<p>tutelaribus ip- forum dea: & his ipsis quidem die- bus nonnul- los è Chris- tianis sacri- ficant. lib. 14.</p>	<p>Virtonum, luxum, ipsum etiam Luce- burgum capiunt. Rex diuersa parte Parpinianum ad Py- renæos montes obse- det, sed frustra. bel- ligerat etiam in Pe- demontio Langeus.</p>
	<p>Saxo et Langravius communi confederato- rum nomine, Henrico Brunsvicensi bellum fa- ciunt, eiusque regionem in suam redigunt potesta- tem. Is fuga sibi salutem petit & ad Bauaros cum natu maximo filio Caro- lo Victore, contendit. Im- perij ciuitates Goslarū & Brunsvicum Smalcal- dicis confederatas, per- petuis excursionibus & rapinis vexauerat: edi- ca etiam Cesaris ac Fer- dinandi, quibus iusserat ut desisteret, contempse- rat: atque adeo Protestan- tes ad uim necessariò re- pellendam pertraxerat. Ipsi sui facti postea scri-</p>	<p>Lutetie in æde San- ctæ crucis, Franciscus Ladrus po- pulum do- cebat & pu- rè quidem, neque missi- cabat, quod uinum non biberet, na- turane an- stituto in- certum est. Verum co- gitur tan- dem Sorbo- nicorum so- licitatione, traditiones ecclesiæ quæ uocāt, ut piæ &</p>	<p>Vendomius prin- ceps in Atrebatibus et Morinos impetum facit. præstitisset multorum iudicio, unam aliquam pro- uinciam summis co- pulis oppugnare. Ex- pectabat eo tempo- re rex classem à Tur- ca, sed Polinus eo missus, serius om- nino peruenit ad Turcam, quam pos- set classem ad tempus præsto esse. Ideoque differtur res in se- quentem annum. lib. 14.</p>
			<p>Rupellani in Xantonibus tumultu- antur, tum ob no- uum urbi præsidium impositum, iarnaco</p>

1542 Resp.

Religio.

Respublica.

Relig.	pto rationē red- dunt. lib. 14.	sanctas pro cōcione ap probare.	duce, tum ob uectigal salina rum. Iarnacus mandato re- gis tormenta illis omnia & arma adimit, occupatisque portis excubias atq; statio- nes ibi collocat. Lib. 15.
	Ad idus Iulias agitur Imperij conuentus Nori berge (sic enim Spiræ decretum fuerat) propter bellum Vngari- cum. Eo uenit Ferdinandus ex Austria, Cæsaris legati, & pauci omnino præte- rea principes.	lib. 14.	Gulielmus Poyetus Gal- lie cæcellarius, dum rex Par- pinianum proficiscitur, no- ctu è lecto abducitur in car- cerem. è gynæceo regis nata hæc illi putatur calamitas. Mensibus aliquot antè sa- cris inaugurari uoluerat, si- ue quòd consequendi cardi- nalatus spem certam conce- pisset, siue quòd impenden- tem sibi calamitatem præui- deret, seq; hac ratione morti subducere cogitaret. lib. 14.
	Queritur Ferdi- nandus decretū Spirensē postre- mum non serua- ri, & esse quos- dam qui militē nullū miserint, quosdam qui mi- serint quidē, sed absque pecunia. machinas deside- rari cum instru- mento quas non nulli promisc- runt. Ob eā cau- sam nihil ait præclare geripo- tuisse. Orat or-	Meti præ dicatur à nonnullis Dominica- nis Euange- liū: eò quo- que uenit Gulielmus Farellus, et in urbe pri- uatim, ac postea foris in castello quodam cō- cionatur. Verū cum à Cæsare eò uenissent li- tere, qui- bus uetabat ne quid in religione mutarent, Senatus ne quis nisi de episcopi & tredecim ui- rorum con- sensu, con-	Cæsar Augusti dis uige- sima quinta, occasione acce- pti à Pontifice diplomatis de concilij indictione, rescri- bit ad ipsum ex Hispania lō- gam epistolam. Commemo- rata autem sua in Gallie re- gem equitate, & ipsius con- tra iniuria (recenset enim à multis annis omnes ubique locorum regis conatus) ex- citât Pontificem in ipsum,

Relig.	dines ad extre= mum ne tempo= re tam necessa= rio reipub. de= sint. lib. 14.	cionem ha= beret ad po= pulum, in= terdicit. lib. 14.	quantum potest: ac postre= mo contendit ab eo, ut illum reipub. hostem iudicet. lib. 14.
Ad hoc tem= pus Ot= to Hen= ricus Pa= latinus euange= lij do= Etrinam ample= Aur: idem fa= ciunt Heildef= semes. lib. 14.	Decernitur pena in eos, qui Spirensi decreto nō obteperasset, simul alia que= dam gerendo bel= lo necessaria sta= tuuntur. Exitus comitij fuit ad 16 Augusti diē. lib. 14.	Cardi= nalis Conta= renus mori= tur sub exi= tum Augu= sti Bono= nia, non si= ne ueneni= suspicione. Is apud Pō= tificem ue= nerat in su= spicionem quasi scue= ret Luthe= ranus, quod non se ijs a= crius Ratis= bone oppo= suisset. Pau= lo ante mor= tuus erat e= tiam Frego= sius Cardina= lis, qui Con= tarenum, quem graui= ter pleriq;	Pontifex Augusti die 16 legatos mittit de pace ad Cē= sarem et Gallie regem. Cē= sar idem Pontifici respon= det per epistolam, quod pau= lo ante rescripserat. lib. 15.
	Cesaris exer= citus ductore pri= cipe Atraco, Lu= liacensem princi= pis Cluensis a= grū longe lateq; uastat. Duram precipuum op= pidū deditioe capit. lib. 15.	nerat in su= spicionem quasi scue= ret Luthe= ranus, quod non se ijs a= crius Ratis= bone oppo= suisset. Pau= lo ante mor= tuus erat e= tiam Frego= sius Cardina= lis, qui Con= tarenum, quem graui= ter pleriq;	In Vngaria aduersus Tur= cam nihil agitur foeliciter. Pesta tentatur, sed frustra. cō= tagione præterea multus in= terit miles. Mauricius hoc bello cum in Turcas incidis= set, essetque in summo uitæ discrimine, tandem tamen à suo puero seruatur. lib. 15.
	Mauricius pa= tris Henrici mor= tui pactis, de for= dere Smalcaldi= co, negat se tene= re. lib. 15.	nerat in su= spicionem quasi scue= ret Luthe= ranus, quod non se ijs a= crius Ratis= bone oppo= suisset. Pau= lo ante mor= tuus erat e= tiam Frego= sius Cardina= lis, qui Con= tarenum, quem graui= ter pleriq;	Scoti sub initium Decem= bris infœliciter pugnant ad= uersus Anglos. belli causa fuit, quod rex Scotie, con= tra fidem Eboracum ad trat= figendum de finibus non ue= nisset. Gallie rex Scotis mit= tit auxilia. lib. 15.
		nerat in su= spicionem quasi scue= ret Luthe= ranus, quod non se ijs a= crius Ratis= bone oppo= suisset. Pau= lo ante mor= tuus erat e= tiam Frego= sius Cardina= lis, qui Con= tarenum, quem graui= ter pleriq;	Pridie Idus Decembris Scotie rex, relicta sola filia Maria recens nata, decessit e= uita. Regni procuratio re= -

1542

Respublica.

Relig.

Respub.

Relig.

Profligatus Henricus
Brunsvicensis Protestan-
tibus apud Cameram die
dicit. Illi uero Decembri
mense Camerae tribunal
declinant, ac misis lega-
tis, Camerales iudices re-
pudiant. lib. 15.

Cliuentis princeps a-
sperrimo brumae tempo-
re, Duram obsidet ac re-
cipit. lib. 15.

absentē in-
cuscant so-
lus defende-
rat. lib. 14.

Ponti-
sex Triden-
tum legatos
mittit ad sy-
nodum, Pa-
risium, Po-
lum, Moro-
num Cardi-
nales. lib.

15.

cidit ad Iacobū Ha-
meltoniū Arranie
Comitem, regis con-
sobrinum. Secun-
dum cum erat An-
dreas Cardinalis,
Galliae regi deditis-
simus. Post mor-
tem Galliae regis si-
liae, Scotus Mariam
Claudij Guisij prin-
cipis filiam duxe-
rat in uxorem. lib.

15.

1543

Respublica.

Relig.

Resp.

Relig.

Agitur Noriberge conuentus.
Adest Ferdinandus, adsunt Frideri-
cus Palatinus, Episcopus Augusta-
nus, & Ioannes Nauus Caesaris le-
gati. Adest reuersus ex Hispanijs
Grannellanus. lib. 15.

Ferdinandus secundo Cal. Febru-
rij sollicitat ordines de auxilijs in
Turcam. lib. 15.

Vuirichus Criechingus & Vi-
gilius Zuichemus regine Marie,

Prima la-
nuarij die,
Galliae rex
habita ad
populū con-
cione, Ru-
pellanis,
qui sordida
ti regi sup-
plicabant,
benignè dat
ueniam.
lib. 15.

1543.

Respublica.

Relig. Resp.

Relig.

que Belgium regebat, legati Cluensem principem accusant ob bellum à rege in Belgio gestum. lib. 15.

Quinta die Februarij, Granuelanus nomine Caesaris, in Gallie regem & principem Cluensem illius confederatum, Imperij implorat auxilia. lib. 15.

Protestantes scripto recitatis sibi à Camera factis iniurijs, recitata etiam illa recusatione iudicij, de lite Brunsvicensi, cum ex Imperij decretis Cameram emendari peterent, iudices loco moueri, litescq; in pristinum statum restitui: Ferdinandus uerò ac Caesaris legati dicerent id commodè non posse fieri, præterea Brunsvicensem censerent bonis debere restitui, & Tridentinum iactarent concilium: Protestantes inquam, tum concilium se non approbare, sibi non satisfieri, ideoq; deliberationem eiusmodi nullam se ratam habere posse respondent. lib. 15.

Decernitur Noribergæ de muniendis locis Turcarum ditioni finitimis, de conferendis in eam rem sumptibus: qui recusarint, fisco subijciuntur. Camera iuxta Ratisbonensis decreti anno ante 11 formulam emendanda, mensis Iulij dies tertius designatur. lib. 15.

Pro=

Caesar

Philippum filium, Hispaniarum regem designat & 10 annis Lusitanie regis filiam Mariam, dat ei in uxorem. lib. 15.

Sigismundus, Poloniae regis Sigismundi filius, in matrimonium ducit Ferdinandi filiam Elisabetham. lib. 15.

Moritur Gulielmus Bellaius Langeus, uir summae dignitatis ac uirtutis, atque in omnibus generendis rebus exercitatisimus. lib. 15.

1543

Reipublica.

Relig.

Resp.

Relig.

Protestantes, tum quia communicatum secum non sit consilium, tum quia sibi non satisfiat, nec sit contributionis æqualitas: iccirco se decreto non assentiri profitentur. ac propterea neq; refertur in commentarios, uti fieri consuevit, nec auctoritatem habet. lib.15.

Electorum principum intercessione, impetrantur à Granuelano Cliuensi principi cum Cæsare induciæ. uerum cum mensis Martij 24 die, Cliuensis foelicitè prælium commisisset, eaque res ei spiritus nouos attulisset, eas ipse repudiat. lib.15.

Bauari fratres in Noribergico conuentu, petunt à Protestantibus, ut Henrici Brunswicensis ager sequestro deponatur uel apud Cæsarem, uel aliquot Germaniæ principes. lib.15.

Christophorus Episcopus Augustanus apoplexia moritur Noribergæ, cum in posterum diem conuiuium instituisset. Erat è familia Stadionum, homo literatus, & à studio pacis non alienus. Ei successit Otto Truccesius. lib.15.

Victoria Cliuensis principis ad Sittardum, magnam excitat in Gallia lætitiã, in suq; regis publica decernitur ad templa diuorum supplicatio. lib.15.

Gallia rex accepta, sed ali quanto serius, Cæsaris ad Pontificem illa quã supra diximus, epistola, prolixè respondet ad singula capita. ea uero responsio typis est excusa. lib.15.

1543 Relig.

Respub.

Relig.

Respub.

Hermannus
 Archiepiscopus
 Colonienſis, cõ-
 uocatis ſua ditio-
 nis ordinibus, ex
 decreto Ratiſbo-
 nenſi piam eccle-
 ſiarum ſuarum
 emendationẽ in-
 ſtituit. Concipit
 ergo per pios ali-
 quot uiros emen-
 dationis formu-
 lam, eamque mit-
 tit Theologis Co-
 lonienſibus ut e-
 ſacris literis iudi-
 cium faciant, &
 quid ſua ſit ſen-
 tentiæ renunci-
 ent. Verum cum
 ei illi non ſatisfa-
 ceret, nec eſſent,
 quos populo re-
 tẽ præſiceret,
 Bucerum Argen-
 torato euocatũ,
 Bonnæ docen-
 do publicè Euan-
 gelio præſicit.
 lib. 15.

Bucero ex or-
 dinum Colonien-
 ſium

Hericus Brun-
 ſuicenſis ad Cæ-
 ſarem in Italiam
 proficiſcitur, &
 Cremonæ graui-
 ter accuſat Pro-
 teſtantes. lib. 15.

Aduentante
 iam ex Italia Cæ-
 ſare cum copijs,
 Proteſtantes, qui
 literas eius Ge-
 nuæ datas nuper
 acceperant, ad
 24 Iunii diem
 Smalcaldie con-
 ueniunt, & de
 legatione ad ip-
 ſum mittenda,
 de ijs quæ ad A-
 gri Brunſuicen-
 ſis tutelam atq;
 foedus pertine-
 rent, de Mauri-
 cio principe ſo-
 licitando, de Sue-
 ciæ rege, de Ot-
 thone Henrico,
 de Vuolſgango
 principe Bipon-
 tino, de Mona-
 ſterienſi Epifco-

Franciſcus
 Landrus Pari-
 ſienſis concio-
 nator, diebus
 aliquot ante
 Paſcha mitti-
 tur in carcerẽ.
 Euocatus à re-
 ge Sangerma-
 num, & de re-
 ligione roga-
 tus, nõ præſtat
 eam quam de-
 buerat conſtan-
 tiam. Ideoque
 redire iuſſus
 Lutetiam Apri-
 lis die 29, in æ-
 de primaria ur-
 bis, adſtante to-
 to ſenatu, cogi-
 tur ea quæ pri-
 us docuiſſet,
 pro concione
 abiurare. lib.
 15.

Depenſius
 è Pariſienſi Sor-
 bona ſodalis, iu-
 betur ea quæ
 ante docuerat

Cæſar Maiſſ
 die 26, ab Hiſpa-
 nijs claſſe Ge-
 nuam appellit.
 datifq; illinc ad
 Proteſtantes lite-
 ris, hortatur ut
 in Turcam auxi-
 lia cõferre ne re-
 cuſent. lib. 15.

Cæſar Buſſe-
 ti cum Pontifice
 uenit in collo-
 quium: contenz-
 dit autem ab eo,
 ut Gallie regem
 hoſtem iudicet,
 nec tamen impe-
 trat. Vicifim
 Põtiſſex, qui Par-
 mam atque Pla-
 centiam, permu-
 tatione cum Se-
 natu Cardinaliũ
 facta, filio ſuo
 Petro Aloyſio af-
 ſignarat, à Cæ-
 ſare petit, ut eam
 rum poſſeſſionẽ
 eius filio confir-
 met. Fuerant e-
 nim aliquando
 hæc ciuitates Me-

1543 Relig.

Reipub.

Relig.

Reipub.

fium consensu, excepto ecclesia
stico, datur negotium, ut ad instituendam emendationem doctrinae Christianae quaedam capita conscribat. lib. 15.

Melanchtho principis Saxoniae iussu, Pistorius Lantgrauus, ad constituendam religionem, Bonnam ueniunt. eodem etiam Argentina Hedio mittitur. lib. 15.

Buceri scriptum exhibet Archiepiscopus primarij templi Coloniensis ecclesiae, ut eius libri dogmata diligenter expendantur. lib. 15.

Iunij die 22, tertium ordinum

po, qui quidem omnes cupiebant in foedus recipi, deliberant. Fidem habuit hic conuentus 21 die Iulij. lib. 15.

Legati Prostantium Caesarem, qui Spiram uenerat ex Italia, die secunda Augusti mensis adeunt. Purgabant se de recusatis in Turca auxilijs: uerum non aliud responsum, post multam contentione, ferunt, quam satis ipsis superque antea fuisse cautum de pace: Octobri mense in Camera iudices inquisitum iri: de contributionibus nisi de cominunt omnium ordinum consensu ac uo-

retractare: cum que id non usque adeo discrete fecisset, alio quodam die cogitur in concione ad populum, explicare singula distincte et aperte, donec primoribus Sorbonicis qui aderat morosis quidem illis ac difficultibus, satis esset factum. lib. 15.

Clemens Martius poeta in Gallia celebratus, et inscribendo mire foelix, quinquaginta Davidis psalmos edit hoc anno Geneuae, cum illuc propter Lutheranismi suspicionem, e Gallia confugisset. ediderat ante huiusmodi tri-

diolani ducum. Verum cum Caesar sui iuris nihil uellet imminui, recusat, et colloquium abrupit. lib. 15.

Caesar accersitis ducentis aureorum millibus, et amplius eo, Florentiae acburni, quas ad hoc tempus habebat in sua potestate, Cosmo Mediceo Florentiae duci tradit. lib. 15.

Caesar et Angliae rex aduersus Galliae regem foedus faciunt. Atque ob id Anglus maxime, quod Galliae rex Scotis tulisset auxilium. lib. 15.

1543 Relig.

Respub.

Relig.

Respub.

indicit conuen= tum Archiepi= scopus. Ecclesia stici urgēt ut Bu cerus ac reliqui docendi loco mo ueantur, ac sibi detur de libro spacium delibe= randi. Archiepi= scopus, si uel falsæ doctrinae, uel impure uitæ cōuinci possint, non recusat. Pon tificij contrariū librum antidag= ma parant. in li bri præfatione dicunt malle se uiuere, sub Tur= carum imperio, quam sub magi= stratu qui refor= mationem talē instituat. Auctōr libri fuit Grop= perus, qui quan quam initio Bu cero faueret, ue nit tamē postea, ubi serio rem agi uidit, in orauem cum eo si multa	lūtate, nihil pos se remitti. ipsum Brunswicensem, nisi restituatur, rationes initu= rum esse quibus sua recuperet. lib. 15. Colonienfis Archiepiscopus, et legatus Saxo nicus apud Cæsa rem pro princi= pe Cliuensi de= precantur, sed parū proficiunt. lib. 15. Cæsar Bon= nam uenit Mo= guntia secundo flumine. Ibi doce bant Bucerus et Hedio, non sine discrimine, ma ximè præsentibus Hispanis. Inde Duram Au gusti die 22 ue nit, eamq; secun do post die ui atque impetu ca pit ac diripit.	ginta Lutetia, sed magna cum molestia et dif ficultate pro= pter eius loci doctores Sorbo nistas. lib. 15. Theologi Parisienses, ubi de Landro et Depensio tri= umphassent, Cal. Augusti, 15 doctrinae ca= pita, siue fidei articulos edūt, qui postea pu blice populo recitantur, et à rege sanci= untur. Scriptū ijs edit contra= rium Calvinus, quod antidotū uocat, eosque multo sale per fricat. lib. 15. Sub hoc tē= pus librum e= dit Calvinus quo subtiliter	Gallia rex in Veromanduos cū exercitu pro= fectus, oppidum Landresium Cæ sari adimit, ac opere præsidio= que munit. lib. 15. Barbarossa Turcicus lega= tus, ductore Po= lino Gallo, ma= gna cum classe Tollonum appli cat. mittitur ei auxilio à rege Anguianus Ven domensis cū co= pijs et aliquot triremibus. Con iunctis copijs il li Niceam con= tendunt, oppidū atq; portum Au gusti die 20 ca piunt, arcem ob sident. lib. 15. Alter Turca rum exercitus in Pannoniam ir= ruit. Quinquec=
---	--	--	--

tem.

1543 Relig.

Respub.

Relig.

Respub.

tem. Paulo post ipse cum Bernardo Hagio Cancellario, utriusque multis opimi sacerdotijs, à suo principe ad aduersarios deficiunt. lib. 15.

Mauricius Saxonia dux leges instituit, de ijs quæ ad ecclesie administrationem pertinent: in quibus etiam excommunicationem ministris de consilio magistratus permittit.

In eos qui uirgines constuprant ac postea uxores ducunt, animaduertit. Gymnasia tria Misene, Merseburgi, Portæ, ad instruendam iuuentutem instituit. Lipsensem academiam duobus millibus aureorum annuis, & modis aliquot frumenti auget atque amplificat. lib. 15.

Cluensibus uoluntatibus animi auxerat constantans quædam opinio à Gallis ut traditur ex-citata, quæ ipsius etiam du-cis insederat animo, quod Cæsar ad Argieram submersus, iam pridem factus esset escapiscium. sed suo magno malo contrarium sunt experti. lib. 15.

Occupatis etiam à Cæsare præcipuis aliquid ditionis Cluensis oppidis, princeps ipse supplex uenit Venlonum ad Cæsarem, cum deprecatoribus Henrico Brunswicensi, et Coloniensis Archiepiscopi legatis. Quorum

percerent, quæ quibusque in Gallicis locis de quibus no-uerit, sint diuorum, quæ uulgo adorantur, reliquæ: et quam sit res præstigiiosa, falsa, & deploranda, demonstrat. lib. 15.

Carolus Bossetus Iuriscōsultus à Cæsare missus, Medenses à mutanda Pontificia religione absterret. Recitatur Idibus Octobris editum Cæsaris quod iubentur in antiquare-

clesiam, Strigoni- amque urbem & arcem capit. Albam regalem oppugnat. lib. 15.

Gallie rex dum Cæsar Geldria inuadit, parat iter cum copijs Luxemburgum. Ioannam Nauiarorum uult per Cardinalem Bel-laium deduci ad maritum. Sed ecce, cum esset in itinere & iret inuitissima, adfertur nuncijs de Cluensi sub iugato: quæ res & profectiois et matrimonij abruptendi causa fuit. Rex nihilominus progressus Luxemburgum occupat, sub finem Septembris. lib. 15.

Anglie rex Henricus copias aliquot militum transmittit in Belgium, qui Cæsarianis con-

1543 Relig.

Respub.

Relig.

Respub.

Heilaeſſemē= ſes accuſantur a= pud Caſarem à Valentino epi= ſcopo ob muta= tam religionem, quòd eccleſiaſti= corum bona oc= cuparint, ui mo= nichos a dege= rint ad ſuam reli= gionem, quòd q; uirginem Mariā ac ceteros diuos in theatrum & ludos ludibrij cauſa traduxe= rint. Ejs Caſar Auguſti die ſex= ta, per literas Vuormacia com= minatur, ni uete= rem religionem reſtituant. lib. 15.

Auguſti die no= na Moguntia Ca= ſar dat literas ad Senatū Colo= nienſem, ut per= gat populū in ueteri religione continere. lib.

25.

aſſidua & obni= xa deprecatione, Septembris die ſeptima ipſi tan= dem eſt parcitū. Victo Granuel= lanus & Aurai= cæ princeps le= ges imponunt, ut à totius Gel= driæ poſſeſſione recedat, fœderi Gallico & Da= nico renunciet: in religione ni= hil mutet, & ſi quid ſit mutatū reſtituat. lib. 15.

Bellum erat Dania regi cum Caſarianis Bel= giſ, propter Chri= ſtiernum regem captiuum. & il= le quidem Prote= ſtantes de auxi= lijs interpella= bat, ſed hi cau= ſam hanc ad ſcē= dus nihil perti= nere, & eſſe ex= tra cauſam reli= gionis reſpon= dent. lib. 15.

Pom=

ligione per iuncti, Landreſiū manere, & obſident. lib. 15.

Clasſis Turci= ca, ſiue quod ad= uentarent copie Caſaris ex Inſu= bria, ſiue quod hyems inſtaret, quanuis nondum præſens ad eſſet, Nicea Tollonum ſecedit in hyber= na. Lib. 15.

In Scotia ori= tur contra reginā motus eorum qui Angliæ regi faue= bant. Uireginulam ſuam Eduardo An= gliæ regis filio de= ſponſam uolebāt, compoſiti ad hoc à rege. Cardina= lem itaque An= dreanum capiunt, reginam in arce ob= ſident, & matri= monium conſici= unt. Verum con= uerſis, Gallie re= gis opera, nobi= lium animis, maxi= mē uerò Hamelto= nij adminiſtrato=

1543 Relig.

Respub.

Relig.

Respub.

Pontifex in eandem prope sententiam senatui Coloniensi rescripserat atque Caesar: et priuatim etiam ad collegium canonicorum Calendis Iunij. uocabat autem Archiepiscopum hęrestiarum, monebatque ne haberet eum pro pastore, sed pro hoste. has literas Ioannes Pogius Pontificis legatus Moguntia mittebat Colonienfis Augusti mensis die 25. lib. 15.

Bucerus & Caspar Hedio, cum per aliquod tempus Bonnę docuissent, ecclesięque & ministros institutissent, impetrata dimissione domum redeunt. lib. 15.

Cluensis uictus a Cesare Gallię regis foederi renunciat, uxoremque suam ad se mitti petit, sed non obtinet. lib. 15.

Protestantes Francofurti conueniunt, & de rebus in proximis Imperij comitijs ab se tractandis, illic deliberant. Rescribunt autem ad Cesarem & ab eo fidem publicam, ut ipsi ad comitia tuto uenire possint, impetrant. lib. 15.

ris regni, disceditur a pactis, interque ipsos atque Anglos bellum recrudescit. lib. 15.

Conueniunt magnis copijs Imperator ac Gallię rex Landresij: Resque ad prelium spectare uidebatur. Sed Galli inuenta clanculum in urbem annonam, recedunt. Cesariani discedentium postremum agmen morati aliquot interficiunt. lib. 15.

Caesar legatum mittit ad Anglię regem Ferrandum Gonzagam ut aliquid aduersus Gallum molliatur. lib. 15.

Gulielmus Furtembergius ab alienatus a Gallię rege, Cesari militat ad Lucemburgum per hyemem. uerum cum Galli ductore Longeuillo comēatu in urbem intulissent, nulla re perfecta discedit. lib. 15.

1544

Reipublica.

Relig.

Resp.

Relig.

Agitur Spira conuentus, principum frequentia maximè celebris. Nam & Caesar, & Ferdinandus & electores omnes, & plerique omnes principes adsunt. Fit autem initium actionis 18 die Februarij. lib. 15.

Nona die Februarij mittuntur à principibus nonnullis hortatu Caesaris, ad Pontificem litera, ut Nicenam consilio suo & opera quod adhuc fecerit, aduersum Turcas tueatur. Respondet is, 26 Februarij, se suo non defuturum officio, modò ut ipsi etiam de sanandis, per pacè uidelicet atq; concilium, reipublica uulneribus cogitent. lib. 15.

Aprilis die secunda, monitu Caesaris, Electores ac reliqui ordines monent Heluetios, ne Gallia regi, qui Turcam habeat socium & adiutorem, auxilia ministrèt. Sub finem autem Aprilis Badena respondent Heluetij, in castris regis nullū à suis ducibus uisum esse Turcicum auxilium, & Caesarem hortatur ad pacem, quae si fiat, tum & Bohemis & Germanis aduersus Turcam auxilia pollicentur. Contendunt etiam ut legati Gallici, illud de Turcico auxilio resutantes, audiantur. li. 15.

Initio Comitij instant Caesari Pro

Vigesima quarta Ianuarij fuit solis eclipsis. Lunæ uerò tres fuerunt hoc anno. res prodigiosa & quam à Caroli magni tempore non accidisse Physici dicunt. lib. 15.

Postridie Paschæ quatum erat Aprilis dies 14, Caesari ni milites, Alphonso Daualo ductore, confligunt in Pedemontio cum Gallis ad Carignanum oppidum, & superantur

1544

Respublica.

Relig.

Reipub.

Relig. testantes et reliquis ordinibus, ne Hēricus Brunsvicensis in confesso principum locum habeat: cunq; non impetrant, profitentur se eum non habere pro principe imperij. Idem is quoq; uicissim contra Protestantes facit. Adsignatur dies utrisq; ad hanc actionem. lib. 15.

Gallie rex legatos ad hanc Comitia destinarat, per quos de Turcica societate se purgaret: uerum illi progredi in Germaniam non ausi, Nanceij subsistunt, ac foeciale mittunt Spiram, qui fide eis publicam impetraret, sed is a Cesarianis nullum fert responsum humanius, quam ut pulchre secum agi putet, quod sibi uita ferro non sit praecisa. Exclusi legati paulo post, cum domum rediissent, eam orationem quam erant in conuentu habituri, typis excusam edunt. Purgant autem ea Gallie regem de Turcica societate. lib. 15.

Martio mense decedit e uita Ludouicus Palatinus Elector, cuius successit Fridericus frater. lib. 15.

Aprilis die quinta, in totius Imperij confesso, Protestantes Henricum Brunsvicensem accusant, ac docent quam iustis de causis ac necessarijs

multis millibus desideratis. Gallorum dux erat Anguianus Vendo mensis. ea nunciata clade, Cesare multi putabant non recusaturum actionem pacis, uerum obfirmate bellum perabat. lib. 15.

Maij mensis initio Angliae rex ingentem classem, secunda tempestate mittit in Scotiam: ac Letham nobilem portum, post etiam Edimburgum primariam urbem Sco-

1544

Respublica.

Relig. Resp.

Relig. arma in eum sumpserint, qui cōtemptis & Caesaris & Ferdinandi decretis, pacem publicam perturbavit, ac socios & confœderatos toties violavit. Edunt in eum literas, quas in arce Vuolffebutelo ad Moguntinũ, Baucarum & Heldum repererant. Iis ipsos literis excitabat, minabatur Protestantibus, querebatur de mora Caesaris, eiusq; etiam nomen se ad terrorem instare solium profitebatur, decretum Noribergense violari quiritabatur. Ipsum etiam Granuelanum addebat pecunia à Protestantibus esse corruptum, eiq; pro merito mortem inhonestam precabatur. Habebat Henricus sororem Ulrichi principis Vuirtembergici Mariam in uxorem: nihilominus tamen ex pellice quadam, ex uxoris gynecœo, nobili, septẽ filios sustulerat. Quõq; res esset tectior & ab omni suspicione remotior, ipse, compositis ad id quibusdam mulierculis et larua supposita, pellicis mortẽ simularat, fœnus magna pompa & celebritate procurarat: pro mortua ab omnibus uicinie sacrificulis orari iusserat, nihilq; officiorũ eorum quæ mortuis Pontificia religione exhiberi solent, omiserat. Ea re cõmemorata, Protestantes impietatem eius, & suæ ipsius religionis contemptum arguebant. Aprilis die 23 respondet ad ac-

Hoc anno Valdenses in Gallica Provincia, populus aliquanto prioris doctrinæ quàm reliqui, cum ob eam causam adducti essent in odium regi, et multis quotidie apud eum calumnijs prementur, hoc tandem anno doctrinæ suæ puram, & è mera

tiæ caput, & cum archiibi defenderetur, nec capi posset, incēdit. lib. 15.

1544

Respublica.

Relig. Resp.

Relig.

cusationem Brunsvicensis, sed nihil quod magnopere ad eius defensionē pertineret: vim magnam tantū conuictiorū profundit in Protestantes, ad quæ cū iterum ipsi respōdissent, nec quicquam amplius agi de eo publice Cæsar uellet, scripto rem omnem comprehendunt, ac Cæsari exhibent: idem postea facit Brunsvicensis. Tandem post multam utrinque disceptationem, cū Cæsar agi in Brunsvicensem nollet acerbius, decernitur, ut omnis ager Brunsvicensis sequestro sit apud Cæsarem, donec disceptata lis sit atq; definita. lib. 15.

Aprilis die 27, Sabaudia dux Carolus per legatos Gallie regem accusat de classe Turcarum accersita. implorat autem Imperij auxilia ad arcis Nicenæ propugnationem, cui solus ipse superesse non possit. lib. 15.

Creatur Vuolsgāgus Prusie magister: intercedit autem Polonie regis legatus, quod iure Prusiam in fide atq; clientela sui regis esse dicat. lib. 15.

Vngari legati queruntur de non missis auxiliis, ac ni subueniatur, profitetur quod in desperatis rebus fieri solet, se esse facturos. lib. 15.

Maiō mense transigitur inter Sa

scriptura facta depromptam confessionē ad ipsum mittunt, profitenturq; uetus et nouū testamentū esse suæ fidei normā ac regulam. Regem tandem obserant ne criminationibus fidei habeat, neue quid in eos grauius decernat. Belotum rex erat implicatus, ideoque tantisper quies illis est concessa, quam tamē postea, cum fœnore sui sanguinis grauisimo lucunt. lib. 16.

1544

Respublica.

Relig. Resp.

Relig. xonem et Ferdinandū: agnoscit eum Saxo pro Romanorum rege: Cæsar uicissim dotalia eius cum Cluensi pacta confirmat. Agitur inter eos, sed occultè, de Ferdinandi filia Eleonora, Saxonis maiori natu filio collocanda, si fiat religionis cõciliatio. Istud clam Lantgrauio ac reliquis Protestantibus inter eos agitur, lib. 15.

Daniæ rex missis legatis transigit cum Cæsare: à Galliæ regis amicitia uidebatur, propter societatis Turcicæ samam, discedere. lib. 15.

Decernitur hoc conuentu, quòd ad postulata Cæsaris attinet, ut ipsi aduersus Galliæ regē suppeditetur ad sex menses pecunia, in equitum millia quatuor, peditum uerò uiginti quatuor. eius uerò partem aliquā ut Ferdinando fratri communicet, quò suæ ditionis loca finitima Turcicum colligi placet pecuniam uiritim per omnē Germaniam. Ne quis exteris militet, Galliæ regi præsertim, grauissimis pœnis edicitur. Auxilia belli Gallici ciuitates nonnullæ, præsertim hæ quæ sunt Galliæ uiciniores, propter mercatorū commercia, item Vuirtembergici & Lunenburgenses legati initio recusabāt, sed postea admoniti, & uerbis castigati consentiunt. lib. 15.

Barbarossa Turcicus legatus, siue quòd res eius ita ferret, siue per suusus à rege, siue quòd metueret ne Gallie rex cum Cæsare pacificaret, domum redit, & quæcumque loca maritima uel Cæsaris essent, uel Imperij, uexat incursionibus, à sola temperat Pontificia ditione, Galliæ regis, ut est credibile, commendatione. lib. 5.

1544

Reipublica.

Relig. Resp.

Relig.

Statuitur ut ecclesiæ, cuiuscunque sint religionis, facultates suas obtineant: ut ad Camera iudicium, ijs etiã qui sunt religionis Protestantium post aliquod tēpus præstitutum pateat aditus: ut edictum Augustanum, lites motæ protestantibus religionis causa, Goslarie et Mindensis proscriptio, sint in suspenso, donec de religione sit transactum: Anabaptistæ ex decretis ueteribus puniuntur: mēse Decembri de religione tractatur: Interim uiri boni atque docti de pia aliqua emendatione meditentur, eiusq; formulam describant. Inuitissimis Pōtificijs ista de religione decernuntur. Iunij mensis die decimo finem habuit hic conuentus. lib. 15.

Lantgrauius perbene acceptus à Cæsare, cum ad eum salutandi causa uenisset, domū reuertit. lib. 15.

Meti cum esset Cæsar, capitur Hubertus comes Bichlingus Germanus, qui Gallie regimebat: damnatusq; captis, uix tandem deprecatione Maximiliani Ferdinandi filij, morti eripitur. lib. 15.

Cæsar sub finē Maij Lucemburgū deditione recuperat. Inde cum exercitu progressus, Ligneum capit: post Sandesirium obsidet, ac tandem secūdo demum mēse, mortuo ruina domus Landræo duce, cum puluis tormētarius deesset, deditione capit. oppidulum hoc quassato muro Cæsar semel cominus tētauerat, sed occisis circiter ex eius militibus quingentis, strenuè fuerat ab oppidanis repulsus. lib. 15.

Moritur Antonius Lotharingie dux, non tam etate, quàm cura et sollicitudine, ob uicinum et prope domesicū bellum

1544

Respub.

Relig.

Respublica.

Relig.

Cæsar Spira, finito conuentu, proficiscitur Metim. cum sequuntur in militiam Saxonie dux Mauricius, Albertus Brandeburgicus, cum singulis equitum millibus, Gulielmus Furstembergus dux peditum, & Sebastianus Schertelinus, religionis Protestantium omnes. lib. 15.

Legati Protestantium, ut sequestrationis Brunsvicensis pacta haberent à Cæsare confirmata, uenerant in Lotharingiam, & literis ad Cæsarem & Granuellanum negotium tentabant. Verum cum Cæsar occupationes bellicas excusaret, iubentur redire domum, & ad proximum usque conuentum expectare. lib. 15.

lum confectus. Ei succedit filius Franciscus, qui Cæsaris sororis filiam habebat in matrimonio. lib. 15.

Anglie rex ingenti cum exercitu, traiecto mari, Caletum uenit. post obsidet Möstrolium: illinc Boloniam profectus, oppidum maritimum obsidet. Ei rex præfecerat quendam genere nobilem Veruinum. militabat Anglo Cæsaris uoluntate Maximilianus comes Burenensis. Renatus Aurice princeps tormento percussus, altero post die, cum Gulielmi Nassouij filium, patruelisuum, fecisset heredem, uitam finijt, non sine maximo Cæsaris moerore. lib. 15.

Cæsar Augusti die 25 relicto Catalauno, per Campaniam pergit in interio-rem Galliam, & ad Matronam fluium (cuius ad alteram ripam erant aliquot equitum Gallorum cohortes) castra ponit. lib. 15.

Gulielm

1544 Relig.

Resp. Relig.

Resp.

Prodit Lutheri li-
ber de coena Domi-
ni, quo ueterem con-
trouersia renouat,
& in Zuinglium
cuiusq; doctrinae so-
cios, multa dicit: &
respondent Tiguri-
ni & quidem acri-
ter. lib. 16.

Clerus & Acade-
mia Colonienfis re-
scribit iterum ad Ar-
chiepiscopum, & le-
gatos mittit, ut no-
uos concionatores re-
moueat, & emenda-
tionem omnem ad pu-
blicam concilij no-
tionem referat: nisi
faciat minantur se
nouo remedio ad-
uersus ipsum usuros
esse. Cum autem ne-
sic quidem aliquid
efficerent, Octobris
die nona conueniunt
in aede primaria Co-
loniae, & ab ijs om-
nibus quae Archiepi-
scopus contra Vuor-
maciense, Augustanum,
Ratisbonense,
& nouissimum Spi-

Octauo Calen-
das Septembris
Pontifex gra-
uissimam in Ca-
sarē emittit epi-
stolam, quod
cum Protestan-
tibus de religio-
ne statuendo,
non solum con-
tra officium fe-
cerit, sed etiam
pietatem gra-
uissimē uiola-
rit. Ea et excus-
sa est, & à Slei-
dano recitatur.
ut ad hunc mo-
dum Pōtifex scri-
beret, Galliae re-
gis impulsu fa-
ctum putatur.
lib. 16.

Stephanus,
Vintoniensis
episcopus, Bri-
tannus, libellū
ad hoc tempus
emittit in Buce-
rum, ualde con-
tumeliosum, eo
que tum inter
alia propugnat
coelibatum. lib.

16.

Gulielmus Comes
Furtembergius, dū
uadum, quo flumen
transiri posset, inue-
stigar, intercipitur
ab equitibus Gallis,
& in castra magno
cum ipsius ludibrio
& conuicio, quod
Gallicas partes an-
tea secutus, ingentē
auri uim exportaf-
set, Lutetiam pertra-
hitur. lib. 15.

Cesar nemine re-
sistente, cum ipsimet
Galli Espernem in-
cendissent, progre-
ditur usq; Castrote-
reum, oppidū à Lu-
tetia itinere non bi-
dui. Et quanquam
in ipsius castris es-
sent legati regij de
pace missi, nihilomi-
nus tamen quotidie
procedebat. lib. 15.

Lutetiae Septem-
bris initio trepida-
tur, fugitur ab ijs qui
paulò sunt fortuna-
liore, regisq; ip-
sius edictum fugam

pro-

1544 Relig. Resp.

Relig. Respublica.

rense decretum, fecisset, prouocant ad Pontificem, & Cæsarem summum, ut aiunt, Ecclesie aduocatū ac protectorem. Præsidebat huic coetui Georgius Brunswicensis eius collegij præpositus. Decima octaua post ea Nouembris die, ordines cogunt, ut sue appellationi subscribāt: qui recusant loco mouent. Idem contendunt ab aliquot externis academijs, atq; ita Archiepiscopum ad Cæsarem & Pontificem accusant. lib. 16.

Respondet scripto Coloniensis Archiepiscopus, primum non esse quod clericus prouocet, quia nihil sit à se factum præter officium. Ad Vuormaciense decretum, quo damnatus est Lutherus respondet, id consen-

Cardinales creat Pontifex, Germanos, Christophorū Madrusiū Tridentinum, Ottonem Trucesium Augustanū episcopos: Gallos Georgium Arminiacum, Iacobum Annebaldum: Hispanos Franciscum Mendozam, Bartholomæum Ceuā, in Cæsaris nimirum, Ferdinandi, Gallieq; regis gratiā, utq; in Germania si bi propugnato resparet. lib. 16.

prohibentis, negligentis: rex modo hominum, à qua non minus fortassis erat, quam ab ipso hoste periculi in urbe minet. lib. 15.

Anglie rex Boloniā tormentis concussam deditione capit. lib. 15.

Vigesima quartademum Septembris die, Cæsar, cum Castroteræo uenisset in Suefiones, cum Gallie rege pacem facit. Quicquid ab inducijs Nicenis utriusq; captum esset, redditur. Gallie rex renūciat iuri & petitioni Arragonicæ, Neapolitanæ, Fladricæ, Atrebatensi, Geldricæ: Cæsar uicissim ditioni Boloniensi, Peronæ & alijs ad Somtiam flumen oppidis, Burgundie inferiori & agro Natisconensi. Regis filio Carolo

1544 Relig. Relp.

Relig.

Relpublica.

su principū factum nō fuisse, neq; eiusmodi quicquam tum sibi fuisse communicatū. Ad Augustanū, ait se tum legatis mandasse ne cōsentirent: ipsos autem mandatum reticuisse, cuius rei quidā ex ipsis possint esse testes. præterea nullū pactum, quo Dei uioletur honos, nedum ab ignorante factum, seruandū esse. De Ratisbonēsi uerō dicit, se eo maxime fretū id cepisse quod agat. Eo enim à Cesare & à legato Pontificis episcopis, ut in suis ecclesijs piā emendationē instituerent, mandatū esse. lib. 16.

Pōtifex iterum concilium denunciat ad Idus Martias anni sequentis. magnā initio diplomatis præ se fert letitiam, & ita incipit, Letare Ierusalem &c. lib. 16.

Carolo promittitur in matrimonium alterutra uel Cesaris filia, cum Brabantia, Flandria, Batauia, Hānonia, Frisia, Vetrica, Atrebatibus, Lucēburgo, Limburgo, dotis nomine: uel filia Ferdinandi, cū principatu Mediolanensi. uide ceteras pacis conditiones apud ipsum Sleidanum. lib. 15.

Mittuntur simul & à Cesare et à rege legati de pace ad Angliæ regē: sed cum is Boloniam restituere recusaret, nihil ab illis perficitur. lib. 16.

Carolus Aurelianus regis filius, cum Cardinali Turnonio et Gynæceo regis ad Cesarem in Belgiū proficiscuntur mutue cōgratulationis causa. lib. 16.

Cesar Hispanorum copias in Lotharingiam & agrum uicinum in hyberna mittit. lib. 16.

1545

Reipublica.

Relig.

Resp.

Religio.	Agitur Imperij cō-	Petrus Brulius pe-
Lutherus scripto gra- uiter in Lo- uanienses inuehitur: hæreticos uocat et san- guinarios, qui princi- pum aucto- ritate freti, ferro & ig- ne grassen- tur in Chri- stianos. edit contraria religionis Christiane dogmata è sacris literis petite. illa autem quæ Louanien- ses edide- rāt, copiose refutat. lib. 16.	uentus Vuormacie, cuius, 23 Martij, ab- sente propter articula- rem morbum Cesare, fit initium. Propo- nit Ferdināndus de re- ijcienda ad instans cō- cilium, Spira nuper decreta religionis a- Elione. huic assentiun- tur principes Pontifi- cij. Petit præterea, ut ad Camera sumptus pecunia cōferatur. eo- rum partem dimidiā in sex annos Mogunni- nus atq; Treuirensis pollicetur, atq; ut Ce- sar reliquos faciat, cō- tendunt. Postremum Ferdinandi postulātū est de auxilijs in Tur- cam. Principes cen- se it aliquot esse deli- geidos, qui de ea re de- liberent. lib. 26	reginorum Argen- torati concionator, e- uocatur clam Torna- cum, ab hominibus e- uangelicæ doctrine studiosis. Docet inibi Septembri mense pri- uatim. eadem de cau- sa, Insulas in Flandri- am proficiscitur, ac subinde Tornacum re- dit, sub exitum Octo- bris: Cūq; in eum in- quireretur à iudici- bus, ac periculi uitan- di causa, fure per ur- bis moenia demissus esset, crus ei fractum est. Ita capitur à uigi- libus & in carcerem cōditur. Post aliquod tempus, cūm fidei cō- fessionē, quam inter- rogatus, coram iudici- bus, ediderat, ad uxo- rem & amicos missus fuit, ea postea edita est, 19 Februarij die, ui- uus est ustulatus. Sena- tus Argentinenſis & legati Protestantium missis literis pro eo deprecantur. Sed iam

Relig.	<p>gione transigatur amice, uel si fieri id nondum possit, pax sibi concedatur ad futurum usq; legitimum in Germania concilium. Nam Pontificium quale patretur Tridenti se non morari: idq; semper antea se professos esse, quoties eius incidisset metio, declarant. Pax ergo si sibi concedatur, que non sit astricta Pontificio concilio, tum se non recusare dicunt, quin de auxilijs in Turcam conferendis deliberetur. lib. 16.</p>	<p>cum perlate sunt literae, sublatus erat emedio. lib. 16.</p>	<p>Hispani, quos Caesar per Lotharingiam collocarat in hybernis, Aprili mense discedunt, & per Sueuiam factum itinere, proficiscuntur in Austriam, ad tria circiter millia pedum. lib. 16.</p>
	<p>Inter principes cum de summa rei conuenire non posset, tandem septima die Maij placet ut Caesaris aduentus qui iam in itinere sit, expectetur. lib. 16.</p>	<p>Theologi Parisienses, iussu regis, Meloduni de dogmatis in futuro concilio proponendis, deliberant. Post multam inter eos altercationem, statuerunt, ab his que iam ante Lutetiam promulgant, non esse recedendum. lib. 16.</p>	<p>Franciscus Lotharingie dux moritur, relicto infante filio. tutela eius post multam altercationem, matri eius & patruo episcopo</p>
	<p>Decedit e uita Ludouicus princeps ille Bauarus Herici Brunswicensis amicissimus: cumq; coagmentanda hereditatis causa</p>	<p>Louanienses Theologi 32 capita religionis conscribunt, que post Caesaris edicto sancti. Horum doctorum mos est axiomata nulla, que credi a populo uelint, proponere, rationes nullas adscribere. lib. 16.</p>	<p>Ioannes Minerius Prouincie Gallicae, per absentiam Grini ni, praefectus, Ianuario mense literas impetrat a Galliae rege, commendatione Cardina</p>

1545	Repub.	Religio.	Relp.
Relig.	<p>conuenisset ne uxore duceret, moritur sine liberis. lib. 16.</p> <p>Maij die 16 Caesar uenit Vuormaciam: postridie Cardinalis Farnesius. Is excitandi in Lutheranos belli causa, certo putatur eo uenisse. Na nec per agrum Vuirtembergicum Roma uenit, quamuis fides esset ei impetrata, nec publice quicquam agit: & post aliquod tempus de nocte clanculum discedit. Confirmant id res preterea quam plurime. Nam Roma perscribitur id temporis, Pontificem pedum millia duodecim, equites quingentos in bellum Lutheranum promittere, & clam centuriones atq; belli duces ab eo iam esse conductos. Concione habet preterea Vuormacie postridie Penecosfes monachus quidam Franciscanus,</p>	<p>lis Tornonij, uti fertur, quibus ei demandatur eius aresti executio, quod quinto ante anno in Valdeses Prouinciales Gallos latu erat. Dignam igitur seipso procuracionem nactus, capite primu sancit ne quis Valdeses ulla re iuuat, sed ut promiscue cadantur omnes quocunq; loco deprehensi. Aprili deinde mense cum copijs progreditur. Miseri homines ad eius aduentum per syluas & ardua loca cum pueris et uxoribus diffugiunt. Ille interim deserta ab hominibus oppida diripit, uastat, incendit. Merindoli cum unicu adolescentem reperisset, eum ad oleam religatum, tormentis iubet transfadigi. Cabriam de ditione, pollicitus impunitatem, capit: uerum intromisso milite non tantum fidem uiolat, sed etiam omnem sensura exui-</p>	<p>po Metensu comittitur. lib. 16.</p> <p>Moritur filia Ferdinandi, Polonie regis filio nupta. lib. 16.</p> <p>Nascitur in Hispanijs Casari ex filio Philipo nepos. Verum non multo post eius ortum, interitus natus consequitur. lib. 16.</p>

1545

Respub.

Relig.

Resp.

Reiig.

ad Cæsare & reliquos principes, atq; aperte, cōtra Lutheranos, ad arma cōclamat. Legatio quoq; per id tempus mittitur ad Polonia regem, ut si Protestantes ad sanitatē nō redirent, ope is atque consilio Cæsarem adiuvaret. hæc iam tum futuri belli signa apparebant. Granuellanus et Nauius cum aliquot à Protestantibus delectis agunt de concilio, eundemq; omnino cursum tenet eorum disceptatio, quem paulo ante, cum Ferdinando tenuerat. lib. 16.

Grinianus Gallie regis legatus, in consessu publico Germanos hortatur, ut quod conciliū Cæsar & Gallie rex approbent, id ipsi ne repudient, sed ei se subijciant. Hoc ad terrorem protestantibus inferendum ex cōposito aſium putabatur. lib. 16.

humanitatis. omnes enim cōcidit, nulla uel ætatis uel sexus habitata ratione. multos in æde sacra necat, alios qui alio latebant loco, productos in campum trucidat. quadraginta foeminas in horreo pleno straminis, incendit. qui ab eo furore insantes superfuere, plerisque rebaptizari iubet. editur hæc tam crudelis laniena Aprilis die 20. Cæsi numero fuere tam in oppido quam foris octingenti. Costa deinde expugnatur. mulieres ac uirgines constuprantur, grauidæ quedam ac natiuiores puellæ extinguntur: qui per syluas atque rupes intercipiuntur, partim fame perimuntur, partim confodiuntur, partim demantur ad triremes. Quidam numero ad 25, qui nō procul ab oppido Muſſio cauernam ingressi sub rupe latitabant, pate-

Gallie rex arcem in litore prope Boloniam ædificat, ut Anglos cōmeatu intercludat, ad idq; ne illi longius euagati structure impedimentū faciant, in uicinia exercitiū habet. lib. 16.

Carolus Aurelianus Gallie regis filius Cæsaris futurus aut generus aut affinis, nona die Septembris paucorum dierum morbo perijt, circiter 23 annorū adolescens. lib. 16.

K ij

1545 Relig.

Republica.

Relig.

Resp.

Prodit Lu-
theri liber lin-
gua populari
cui titulus est,
Aduersus Pon-
tificatum Ro-
manum à Sa-
tana constitu-
tum. eo libro
respondet illi
Pontificis epi-
stole, qua Cæ-
sarē à religio-
nis procurati-
one grauisi-
mis uerbis ex-
rat dehorta-
tus: eaq; scri-
pturæ loca
quæ Pontifex
usurpat ad sui
primatus con-
firmationem,
copiosissimè
refutat, & in
ipsum retor-
quet. lib. 16.

Prodeunt Lu-
theri axioma-
ta, quæ dispu-
tauerat ali-
quando, de tri-
bus hierar-

Cum inter principes
de pace non conueniret,
Cæsar legatum mittit ad
Turcam, ut ab eo indu-
cias impetraret. lib. 16.

Conscribentur militem
ad Saxonie fines pro Bri-
tanniæ rege, Fridericus
Risebergus: hanc nactus
occasione Hæricus Brun-
suicensis, profectus in
Galliam, regi promittit
se facile eos dissipaturū,
& hac iniecta spe regem
aliquot emungit aureorū
millibus: quos in bellum
aduersum Protestantes
postea conuertit, neque
quod promiserat magno
pere curauit. lib. 16.

Cæsar propter solitu-
dinem principum, decer-
nit alium Imperij cōuen-
tum Ratisbonæ, mense Ia-
nuario, principes ipsos
iubet, nisi ualitudine de-
tineantur, eò uenire. emē-
dationem Camera, & a-
ctionem religionis in il-
lud tempus reijcit. Ideo-
que Theologorū ibi col-
loquium instituit, quos

facti fumo præ-
focantur. Helue-
tij qui colunt e-
uangelium de-
precabantur pro
ijs apud regem:
sed nulli ijs in
causis depreca-
tioni iam pridem
locus est relictus.
lib. 16.

Tridentum ue-
niunt ad Idus
Martias Pontifi-
cis legati Ioan-
nes Mariæ Mon-
tanus, Marcellus
Ceruinus, Regi-
naldus Polus car-
dinales. uenit a-
liquanto post Ia-
cobus Mendoxa
Hispanus, qui
cum Cæsaris ac-
ceterorū Hispa-
norum moram
excusasset, exci-
piunt eius sermo-
nem legati Pon-
tificij, & se me-
lius de Cæsare

Guliel-
mus Fur-
stember-
gius ca-
ptiuus
Lute-
tiæ, de-
pensis
aureorū
millibus
trigin-
ta, libe-
ratur, et
ad Cæsa-
rem in
Belgiū
uenit, ex-
ceptus
humana-
rissimè.
lib. 16.

1545 Relig.

Respublica.

Relig. Resp.

chijis à Deo
constitutis, ec-
clesiastica, po-
litica, & econo-
mica: quar-
nulla Pontifi-
cem contine-
ri probat. lib.
16.

Emittit Lu-
therus pictu-
ram quamuis
ludicram, ue-
ri tamen præ-
nunciam, de
Pontifice &
futuro conci-
lio. Infidet
Pontifex sui
ample &
mammosæ
quam fodit
calcaribus (ea
nimirum est
Germania)
dextra popu-
lo, suo more,
benedicit. fini-
stra oletum
exhibet, ait-
que, en illud
quod tanto-
perceptis cõ-

sub Calendas Decembres il-
lic adesse iubet. Caput hoc de
Theologorum colloquio, Põ-
tificij obnixè recusabant, sed
tamen obtinuit. lib. 16.

Negotium de Agro Brun-
suicensi antea ceptum, nunc
demum conficitur, & seque-
stro deponitur apud Casarẽ.
Monetur Brunsuicensis, de
nunciata pœna proscriptionis
ut quiescat. Is tamen non
paret, sed occultè copias con-
scribit, ut amissa recuperet.
lib. 16.

Finijt Vuormaciensis hic
conuentus Augusti die quar-
ta. Cesar autè secundo Rhe-
no Colonia domum redit.
lib. 16.

Protestantes ad Gallie et
Anglie reges, diuersos, eodẽ
tempore, de pace legatos mit-
tunt. lib. 16.

Henricus Brunsuicensis
neglectis omnibus Cesaris
edictis, collecta manu, graf-
satur in uicinis agri sui fini-
bus, datq; plurimum damni
finitimis Protestãtib;: Sten-
bruccum suæ dittonis arcem
deditione capit, Vuolffebute-
lum obsidet. Et contra Lant-

sperare di-
cunt, quam
ut Vuorma-
cie (ubi nunc
sit) quicquam
cũ Protestan-
tibus de reli-
gione statuât.
Hoc toto an-
no, propter
serum episco-
porum aduen-
tum, nihil a-
gitur. lib. 16.

Moritur Al-
bertus Cardi-
nalis Mogun-
tinus, eiq; suc-
cedit Sebastia-
nus Hufseste-
nus. lib. 16.

Opera
& soli-
tatio =
ne Casa-
ris, con-
ueniunt
à Gallie
& An-
glie re-
gibus le-
gati de
pace
Brugis,
uerum
paulò
post di-
scedunt
re infe-
ctu. lib.
16.

1545 Relig.

Respublica.

Relig.

Resp.

cilium. Sus
uero ad ole
tiniidorem
suspiciit, &
rictu nari=
busq; præ=
dã captat.
lib. 16.

Colonien
ses aduersus
Archiepi=
scopum suũ
Cæsare im=
plorant, gra
ui de ipso
habita que=
rimonia. E=
os autẽ Cæ=
sar sub finẽ
Iunij recipit
in suum pa=
trocinium.

Alijs deinde
literis Ar=
chiepisco=
pum citat
ut intra diẽ
trigesimum
ad se ueni=
at, aut pro=

grauius mandatu sociorum, cũ
genero suo Mauricio, ac Erne=
sto Brunswicensi. Dum non pro
cul utrinq; absunt copie, agitur
de pace à Brunswicensi, interces=
sore Mauricio: uerũ interim
leuibus aliquot prælijs utrinq;
decernitur. Impetrantur tandẽ
inducia, quò de pace facilius a=
geretur, sed ea statim à Brunswi=
censi uiolantur, eoq; res deduci=
tur, post aliquot prælia, ut de
summa rei cum toto Lantgrauij
exercitu sit ei decernendũ. Hic
ipse metuere, & quas antea re=
pudiarat pacis leges grauissi=
mas, post longam deliberationẽ
recipere, leges erant hæ quas ip=
si tulerat Mauricius, ut se & fi=
liũ maiorem natu dederet. Itaq;
paret, & sese cum filio dedit. Ac
cusatur postea Mauricius, quòd
ipsum captiosus uerbis in cas an=
gustias perduxisset. Sed is edito
scripto sese purgat. lib. 16.

Saxo atq; Lantgrauius per
literas à Cæsare contendunt, ut
propter neglecta decreta Impe=
rij, Brunswicensis & socij pro=
scribantur. Alijs deinde literis
Lantgrauitis ultima die Octo=
bris Cæsari significat, de patefa=
cta quadam ex Brunswicensis

Conueni=
unt iterum
inter Ardeã
& Guinam
Anglie &
Gallie lega=
ti, idq; suasu
legatorum
quos mise=
rant Prote=
stantes, sed
nihil tandẽ
est perfectũ,
cũ Angli
Boloniam re=
stituere recu=
sarent. lib.
16.

Anglie rex
Protestantiũ
legatos mo=
net de bello,
quod in ip=
sos compare=
tur: idem fa=
cit quidã ex
præcipuis
eius cõsilia=
rijs, ac excu=
satos edit,
quorũ idẽ
peru præci=
pijs præcipi=
tur. lib. 16.

1545 Relig.

Respublica.

Relig. Resp.

curatorem chartis atque literis, in ipsum mittat. Is uel Ferdinandū fratrem techna autem licet & machinatione. Si hoc quicquam extra fines sua interesse putet, ut Imperij Cæsari præstare uideret, & ex archetypo descriptum esse ex Imperij legibus non teneretur, procuratorem tamen, qui se defenderet, mittit in Belgium. lib. 16.

Iulij die 18, Pontifex Coloniensem Archiepiscopum, & alios eius partium canonicos citat ut ad 60 diem sibi præsto sint Romæ. lib. 16.

Cæsar legatum mittit ad Lantgrauium, ut uictoria uictur moderatè, ut agat legibus potius quàm uictur, utq; pro ueteri principum consuetudine, capitiuos liberaliter ac honestè accipiat. legatus ista decimo octauo die Nouembris exponit. Lantgrauius legato declarat, quam egerit moderatè, quantum de summo iure remiserit, aduersum eos qui Brunswicensi auxiliati erant. Interim contendit ut ex Imperij legibus, ipse cum socijs proscribatur. lib. 16.

Idibus Decembris prodit Tridenti Pontificis bulla, qua populum hortatur ut se ad poenitentiam committeret, ad ieiunium & orationem. postea peccatorum ueniam & remissionem commisit prolixè pollicetur. lib. 16.

1546 Relig.

Reipublica.

Relig.

Relp.

<p>Palatinus Ele- ctor emendationem doctrinae & rituum instituit per suam di- tationem: Ita Ianuarij die decima in prima rio templo Heidel- berge fiunt preces lingua populari. Protestantes ei gra- tulantur per lega- tos, & orant, ut Au- gustinae confesio- nis doctrinam pro- fiteatur, & pacem Caesari suadeat. lib. 16.</p>	<p>Ianuario mense conuentus agitur Protestantium Fran- cofurti. deliberatur ibi de concilio Tri- dentino, de proro- gando facere, de sumptibus belli Bru- suicensis, de non de- serendo Colonienfi, de sollicitando Ca- sare in Comitijs ut det pacem religio- ni, ac rectè Came- ram instituat. lib. 16.</p>	<p>Septima Ianu- arij die Tri- denti, cum au- ctior esset episco- porum numerus, fit initium conci- lij à missa Ponti- ficia. Post mis- sam legati Cardi- nales orationem habent de scri- pto ad patres, ueram quidem in multis, sed fu- catam & simu- latam. omnes e- nim omnium ca- lamitatum cau- sas conferunt in se & ordinem, quem uocant ec- clesiasticum. ue- rum longè aliter loquuntur, ac sentiunt. lib. 16.</p>
<p>Ratisbonae, cum omnes utrinque & Theologi & audi- tores & praesides conuenissent, fit eius colloquij initium, 27 demum Ianua- rij, quod anno supe- riore fuerat designa- tum placet ut Augu- ste exhibita confes- sio disceptetur, omis- sis prioribus tribus capitibus, de quibus iam inter ipsos con- uenierit. leges collo- quij</p>	<p>Hoc in conuen- tu Archiepiscopi Co- lonienfis legati que- runtur de iniurijs cleri, deq; tum Casa- ris tum Pontificis ci- tationibus. lib. 16.</p>	<p>Post habitam orationem, Ioan- nes Fonsæca Epi- scopus Castrima- rinus, recitat de scripto quasdam leges de future actionis condi-</p>

1546 Relig.

Respublica.

Religio.

Resp.

quij hæ à multa fe-
runtur disceptatio-
ne, ut bini utrinque
sermonem omnem
scriptis excipiant,
nec ulli acta collo-
quij communicent.
hoc ita tum statui-
tur si modo Cæsar
& principes Prote-
stantes ratum habe-
rent. lib.16.

Quinta die Fe-
bruarij, Petrus Mal-
uenda, iustificatio-
nem prolixè tractat
more scholastico: in-
terpellatur autem à
Bucero, qui caput il-
lud Ratibone quin-
to ante anno fuisse
conciliatum dicit, il-
le negat. Postea Bu-
cerus idè caput tra-
ctat, diuidit in cer-
tas partes, argumen-
ta Maluendæ refel-
lit, & tandem con-
cludit hominem iu-
stificari gratis, sine
meritis, & Deum
imputare nobis pro
iustitia fidem. succe-
dit.

dant: sed illi offen-
sionem ueriti recu-
sant. lib.16.

Cùm increbre-
sceret rumor de bel-
lo contra Protestan-
tes, Ianuarij die 24,
Lantgrauus ad Grã-
uellanum per lite-
ras, quæ sint eius in-
dicia explicat, &
quàm non incerta.

addit per mirum ple-
risque uideri, quòd
Cæsar qui pacatum
habeat Gallum, &
cum Turca fecerit
inducias, modò co-
pias conducat. Grat-
uellanus septimadie
Februarij per lite-
ras Cæsarem negat
copias conducere,
negat eum de bello
cogitare, & quam
longissimè potest,
omnes belli suspicio-
nes ab eo remouet.
lib.16.

Augustani cùm
de Cæsaris & Pon-
tificis apparatu bel-

tione atque or-
dine. omnes au-
tem erāt fere hu-
ius generis, ut
singuli sepe deli-
cta confiterētur,
Deum orarent,
episcopi singu-
lis diebus domi-
nicis missam per-
agerent, honestè
& moderatè ue-
stirentur, sobriè
uiuerent, ut in
dicendis senten-
tijs, decretum
Toletani conci-
lij sequerentur,
agerēt modestè,
non clamose, &
cætera fere hu-
iusmodi. lib.16.

Alter confes-
sus fit quarto die
Februarij. nihil
ibi tum agitur,
nisi quod symbo-
lum fidei recita-
tur, & tertio cō-
fessui dies dicitur,
ad octauum
Aprilis diē, quo
tempore plures

1546 Relig.

Republica.

Relig. Reip.

dit Bucero Billicus Car melita, & ea quæ Buce rus dixerat conatur re= sistare. Decimo tertio Februarij die Maluen= da Bucero respondet, et hæc tria concludit, ope= ra disponere ac præpa= rare ad iustificationem: charitatem esse formam iusticiæ, iustificatorum opera cõsummare iusti= ficationem, & mereri uitam æternam. lib. 16.

Decimo quinto Fe= bruarij die, cum nouæ leges colloqui à Cesare allatæ essent, quæ prin= cipi Saxonie displice= rent, ac imprimis illa, ne quid de colloquio ul= li enunciaretur prius quàm ad Cæsarem re= latum esset, suos ipse theologos reuocat. Bu= cerus uigesimo die Mar= tij discedit ad Lant= grauium, ut eum de to= ta re faceret certio rem. Ita tandem colloquium abruptum. Pontificij hunc discessum postea criminati sunt, sed Bu=

cerus

lico multis ex locis co= gnouissent, Palatino at= que Lantgrauio arcane denunciãnt. Ii statim deli= berandi causa Francofur= tum, ubi conuenerant ca= teri, se conferunt: lega= tionem ad Cæsarem pro= Coloniensi decernunt, ac mox inde se domum re= cipiunt. Interim desertur ad Cæsarem Smalcaldi= cos aduersus ipsum Fran= cosurti coniurare: eaque captatur aperti odiij ad= uersus ipsos occasio. lib. 16.

Nauius, orto sermo= ne inter eum & Solmen sem comitẽ, de belli con= tra Protestantes rumore, (inciderat enim is in Sol mensẽ, cum ad Palati= num iter faceret) copiose purgat Cæsarem de belli suspitione. suadet autem Lantgrauio ut Cæsarem paucis comitatus conue= niat: futurum ita ut om= nis utrinque tollatur su= spicio. Lantgrauius, ad= monitus à Solmensi, re= spõdet, re communicati

sperabã tur adfu= turi. lib. 16.

MO= ritur Al phonfus Dau= lus Cæ= saris per Insubri am præ= sectus, in eiusq; locũ suc= cedit Ferran= dus Gõ zaga, Mantua nus, qui antea fu= erat Sici= liæ pro= rex. lib. 16.

cerus illis copio
se respondet, &
simul quicquid
de iustificacione
hominis dici po-
test, tractat &
explicat copio-
se. lib.16.

Lutherus e-
uocatur à Mans-
feldijs comiti-
bus, ut disidiū
inter eos ali-
quod de finibus,
quæ cōponeret. que
negotia licet tra-
ctare non sole-
ret, hanc tamen
operam princi-
pibus ijs, in quo-
rum ditione na-
tus erat, negare
iuste non potuit.
Is ergo cum esset
Islebij, unde na-
tus erat, & ali-
quoties in tem-
plo docuisset,
decima septima
die Februarij coe-
pit.

cum socijs, se non recusare,
quin Cæsarem adeat. lib.16.

Protestantium & unà cū
ijs Palatini & Brandeburgi-
ci Electorū legati apud Cæ-
sarem deprecantur pro Co-
loniensi. summa petitionis
erat, ut hanc causam Cæsar
ad ceteras religionis refer-
ret, & institutā à clero actio-
nē rescinderet. Etenim si qua-
uis ei fieret, eum se nō posse
in periculo honeste desere-
re. Cæsar contra quā iustas
& graues causas aduersus
ipsum habuerit, quāmq; le-
niter egerit demonstrat. De-
niq; se rem omnem ex prin-
cipum consilio, in proximis
comitijs esse transacturum
pollicetur. lib.16.

Cum sub exitum Martij
Cæsar uenisset Spiram, itu-
rus ad Comitata Ratisbonā,
uenit eō Lantgranius, con-
filiotum Nani, tum etiam
Granuellani: uenit etiam Pa-
latinus Elector, & à princi-
pe Vuirtembergico quidam
legatus. Vigesima octaua die
Martij, Cæsar atque Lant-
granius, diu multūmq; uo-

Aprilis
die octauo,
tertius fit
Tridentī cō-
sessus pa-
trum. De-
cernitur il-
lic de aucto-
ritate sacre
scripturæ:
recitatur ue-
teris & no-
ui testamēti
libri, eorū-
que eterna
auctoritas
esse inbe-
tur. Vetus
illa & uul-
gata Biblio-
rum trans-
latio sola in

1546 Relig.

Respublica.

Religio. Resp.

pit grauiter a-
grotare. Aderat
illi tres filij cum
alijs aliquot ami-
cis. Postridie à
coena, cum pios
paulò ante ser-
mones de rebus
sacris habuisset,
ac animum suū
Deo semel atque
iterum commen-
dasset, tanquam
dormiturus pau-
latim è uita de-
cedit, annos na-
tus tres & sexa-
ginta. Defertur
mortuus Vittem-
bergam & ho-
norificè quinto
post die sepeli-
tur. Quos ha-
buerit sermones
ante mortem, et
qua moriens sit
usus precatione,
uide apud Slei-
danum. lib. 16.

rijs de rebus colloquuntur,
ac primum de rumore belli-
co, quem Cæsar extinguit
quantū potest. uicissim pur-
gat se Lantgrauius de con-
uentu Francofurtensi, ubi
coniurasse aduersus ipsum
Protestantes rumor erat: Pe-
tit Cæsar ab eo, ut cum suis
consiliarijs de ineunda pa-
cis & concordia ratione de-
liberet. Is per sociorum ab-
sentiam se excusat: neq; ta-
men recusare dicit, quin de-
care cum ipsis sermonē ha-
beat, modo id sit sine præiu-
dicio. De Ratisbonensi col-
loquio, queritur Lantgra-
uius iniquas ibi latas esse cō-
ditiones, neq; tamen se scire
an sit abruptum dicit. De
concilio Tridentino, docet
quaratione, & antea sem-
per, & nunc quoq; tantope-
re à se repudietur. Ad hæc
Cæsar ait, se concilium pro-
curasse, ut qui sunt ibi pa-
tres ultro sese reformēt ipsi:
neq; sui esse propositi, ut si
quid ibi decretum sit, con-
fessionis Augustanæ socijs ic-
circo ulla uis fiat. Colonien-
sem grauitè incusat Cæsar,
cōtra Lantgrauius excusat,

templis at-
que scholis
iubetur ha-
bere locū.
Statuitur ut
in interpre-
tanda scri-
ptura, sola
sit regula
patrum au-
thoritas, &
cōsensus Ec-
clesiæ. man-
datur ne
quid excu-
dant libra-
rij nisi de
cōsensu præ-
sulis ordina-
rij. edicitur
ne quis Scri-
pturæ au-
thoritate ad-
res impias,
ludicras &
uanas abu-
tatur. futu-
ro confessui
dies ad 17
Iunij desi-
gnatur. lib.
17.

1546 Relig.

Respublica.

Relig. Resp.

Ioannes Dia-
zius Hispanus
theologus (qui
relictâ Lutetia
propter Euange-
lium sese contu-
lerat Argentora-
tum) adfuerat
Bucero Ratisbo-
næ, & cum Mal-
uenda pōtificio
doctore popula-
ri suo, diu mul-
tumq; fuerat col-
locutus. Ei fra-
ter erat Alphon-
sus Romæ Iurif-
consultus, qui si-
mul ac audiuit
fratrem in Ger-
mania esse, &
partes defende-
re Lutheranor-
um, ratus hoc
ad suam & pu-
blicâ patriæ insa-
miam pertinere,
continuo uenit
ad fratrem qui
tum erat Nubur-
gi: ac cum nulla
eū ratione à uera
religione dimo-
uere posset, fin-
git

et uirum bonum esse ait, qui
cupiat ex præscripto sacra-
rum literarum suam eccle-
siam emendare. Cæsar impe-
ritum esse arguit, & omnia
immutare, negat esse refor-
mare. Quod à canonicorum
bonis, non temperare dice-
retur, excusat Lantgrauus,
idq; eo ab ipsis fingi docet,
quod ex legibus Imperij in
Turcicum & Gallicum bel-
lum pecuniam ipsis impera-
rit. lib. 17.

Postridie apud Palatinū
electorē colloquantur Lant-
grauus, Granuellanus, Na-
uius, & Wirtembergicus le-
gatus, de ineunda religionis
concordia. Lantgrauus Spi-
rense decretum factum ante
annum secundum laudat, &
seruandum suadet. Ceterum
quia de generali cōcilio nul-
la aut perexigua spes sit, i-
deo per nationis Germani-
cæ concilium instituendam
esse religionem censet. Gran-
uellanus excipit, Spirense
decretum illud tempori suis
se accommodatum. Ceterū
prouinciale concilium ad
morū non ad doctrine emen-

Vndeci-
ma die Apri-
lis Pontifex
datis literis
Sedunensem
ac Curien-
sem Helueti-
cos Episco-
pos euocat
ad conciliū:
mittitq; ad
eos legatiū
cum manda-
tis, Hiero-
nymum Frā-
chum. lib.
17.

Ponti-
fex Aprilis
die 16 solici-
tatione Co-
loniēsis cle-
ri, Louani-
ensis Acade-
miæ, & epi-
scoporum
Leodini at-
que Vtricē-
sis, lata sen-
tentia, Colo-
niensem Ar-
chiepisco-
pum à Ro-

1546 Relig.

Respublica.

Relig. Resp.

git ipse se ad eam accedere, atq; ita fingit ut cupido fratri facile persuadeat. conatur præterea fratrem secum pertrahere in Italiam, sed frustra. discedit ergo solus, uerum non multum adhuc erat itineris emensus, cum redit ipse in urbem, mittitque summo mane carnificem suum famulū ad fratris diuersorium: qui cum dixisset se ab eius fratre ad eum habere literas, facile ingreditur: consurgit ergo è lecto Diazius, poscit fratris literas, legit: Interim à tergo famulus, securim, quam ad hoc compararat, infligit ei ad manubrium usq; in capitis partem dextram: ita præcis cerebri organis nullam miser Diazius uocem edit, sed propè mortuus concidit.

dationem pertinere. Palatinus suadet colloquium quale ceptum erat Ratisbonæ. Tandem ubi inter eos conuenire non potest, suadet Lantgrauio Granuellanus, ut ipse ad comitia ueniat Ratisbonæ: ille se excusat. Idem contendit ab eo Caesar paulo post, cum salutandi causa uenisset, urget iterum atq; iterum. sed periculum excusat Lantgrauius à Brunswicensis socijs, si longius absit à sua ditione. Tandem amice dimissus Lantgrauius domū redit. lib. 17.

Ad hoc tempus Vuormacie conueniunt Protestantes, Rauesburgenses in seclus recipiunt: cumq; de Cesaris bono erga se animo è Lantgrauij literis cognouissent, Aprilis die 23 discedūt, ut eò citius eant Ratisbonā. lib. 17.

Vbi Cesar ac reliqui Ratisbonæ conuenissent, altera die Iunij, queruntur Protestantes apud Cesarem, & mox apud Ferdinandum de cæde Ioannis Diazij. Respondet uterque se esse cum

mane ecclesie communiōne se parat, priuat Archiepiscopatu, eum que ut litis sumptus restituat aduersarijs condēnat. lib. 17.

1546 Relig.

Reipublica.

Relig. Reip.

cidit. Mox ille se
 proripit, & ad por-
 tam urbis conscen-
 sis equis ipse & Al-
 fonfus magna celeri-
 tate diffugiunt. po-
 stea tamen Oenipon-
 ti comprehendun-
 tur. Oppidum illud
 ditionis est Ferdi-
 nandi. Otto Henri-
 cus et Palatinus plu-
 rimum contendunt,
 ut quamcitissime co-
 gnitio habeatur, at-
 que etiam, ut ad se
 Nuburgum, ubi
 cædes erat facta, re-
 mittantur. Verum
 dum Ferdinandici
 moras neclunt, ue-
 nisse dicuntur Cæsa-
 ris literæ, quibus re-
 ad suam cognitionem
 reuocaret. Ita scilicet
 seruat parrici-
 da, iis. j. manifestè
 opprimitur à Cæsa-
 rianis. lib. 17.

fratre deliberaturum. lib.
 17.

Quinto die Ianuarij Cæ-
 sar conuocatis ordinibus,
 proponit de dissidio religio-
 nis pacædo deliberationem.
 Camere sumptus petit à sin-
 gulis principibus tolerari,
 qui ius habent constituendo-
 rum assessorum, seque uult
 ea impensa liberari. Aduer-
 sus Turcam quia & breui
 finiant induciæ, & uiolen-
 tur multis modis, poscit ut
 antea promissa auxilia con-
 ferantur. lib. 17.

Secessionem Ratisbone
 faciunt Electorum Pontifi-
 ciorum legati Moguntini ui-
 delicet atque Treuirenses, et
 cum antea semper soliti es-
 sent cum socijs Electoribus
 communicare consilia, nunc
 se demum separant ab ijs, &
 ceterorum Pontificiorum
 principum legatis coniun-
 gunt, Tridentinum conciliū
 approbant, orantq; Cæsa-
 rem, Protestantibus persua-
 deat ut idem faciant. Illi con-
 tra petunt uel per conciliū
 in Germania liberum &

1546

Reipublica.

Relig. Resp.

Relig.

pium, uel conuentum Imperij & Theologorum colloquium religionem instaurari. lib. 17.

Increscit hoc tempore bellum, & Caesar nona die Iunij celerissimo cursu Romanam mittit Cardinalem Tridentinum, qui cum Pontifice aduersus Protestantes seorsum faciat. Belli duces ipse centuriones & tribunos cum pecunia dimittit, ut e-

Pala-
tinus
lector
Argen-
torato
uocat

Pantum
Fagium
Theolo-
gū Hei-
delber-
gam, ut
in Euan-

gelij do-
ctrina
ceteris
preceat,
et uiam
comon-
stret.
lib. 18.

uestigio delectus habeant. Burenfi Comiti Maximiliano iam ante man- dauerat, ut quantas omnino posset equitum peditumq; copias per infe- riorem Germaniam conduceret. lib. 17.

Protestantium legati Iunij die de- cimo sexto Casarem interrogant de bello. Is non negat, sed in rebelles quosdam, & pacis publica pertur- batores, parari dicit. lib. 17.

Decima septima Iunij die Caesar datis literis ad plerasq; ciuitates se- deris Protestantium, imprimis ad Ar- gentinenses, Noribergicos, Augusta- nos, Vlnenses, conatur persuadere non in ipsos suscipi bellum, sed in alios quosdam rebelles, maiestatis re- os, qui consilia in ipsarum etiam ci- uitatum perniciem moliantur. Itaq; se confidere ad extremum ait ipsos

Decima
septima Iu-
nij die, Tri-
denti statui-
tur ut in sin-
gulis siue
monacho=
rum siue ca-
nonicorum
collegijs, u-
na lectio
theologica
instituat, ut septimo
quoque die
episcopi, ar-
chipresbyte-
ri, pastores
populoque
ad salutem
sunt neces-
saria denun-
cient, qui in

1546

Respublica.

Relig.

Resp.

Relig.	<p>sibi aduersum tales hostes non esse defuturos. In eandem fere sententiam ad principem Vuirtembergicum scribit. Granuellanus et Nauius eodem die ciuitatum quas dixi legatos ad se uocant, et eodem modo quo Caesar per literas, cum singulis colloquuntur. lib.17.</p>	<p>collegijs et alijs ecclesijs prealigent aut concionabuntur, ut sint et uite et eruditionis abbati uel</p>	
	<p>Senatus Argentinensis acceptis uigesima quarta Iunij die Cesaris literis, respondet copiosissime, sequitur ac sui foederis socios purgat diligenter, et ad singula criminatum, quibus opprimantur, capita respondet. Postremo Caesarem obsecrat, ut arma deponat, et qui deliquerint in eos iure ac legibus animaduertat. lib.17.</p>	<p>probate. ut diligenter caueant episcopi, ne quid falsa doctrina doceatur. Fit decretum de peccato originis, tollitur uinum eius omnem per baptismum: manere qui dem concupiscentiam, sed eam peccatum esse desinere.</p>	<p>Vigesimo sexto die Iunij, opera Cardinalis Tridentini, conceptum iam antea et informatum secundum decernitur Rome inter Caesarem et Pontificem ad reducendos Germanos ad sancte sedis obedientiam. deponit Pontifex Venerabilis ducenta aureorum</p>
	<p>Mauricius uigesimo quinto die Maij Ratisbonam uenit, ac ubi diu multumque cum Cesare collocutus esset, Iunij die uigesimo discedit. paulo post Pragam ad Ferdinandum regem proficiscitur. lib.17.</p>	<p>De Maria uirgine idem statuunt quod ante Sixtus Pon</p>	
	<p>Protestantium legati cum ad uim et arma omnia spectarent, Ratisbona discedunt. lib.17.</p>		L

1546

Republica.

Relig.

Reipub.

Relig.

Cæsar ad Idus Iunij lega-
tum mittit ad Heluctios,
cūq; se in seditiosos et reos
maiestatis mouere bellū de-
clarasset, petit ut in ueteri
amicitia & fœdere maneāt,
neq; quicquam contra se mo-
ueant. lib.17.

E' Protestantibus dux
Vuirtembergicus & supe-
rioris Germaniæ ciuitates
primæ, copias conscribunt,
& stant in armis diuiso exer-
citu. Iunij die 21, Gunspergi,
alteri agmini Schertelinum,
alteri Hedecum præficiūt,
ei nimirum, quod Vuirtem-
bergicus ad uiginti quatuor
signa peditum, conscripse-
rat. lib.17.

Legati Protestantium
Vlma, 21 Iunij, dant literas
ad Venetos, ac de Pontificijs
iniurijs conquesti, rogant ne
cuis copijs per suos fines iter
præbeant. idem rescribunt
ad Rhoetos atq; Tirolenses.
lib.17.

Cæsar nona die Iulij in-
terroganti Palatino de cau-
sa belli, et qui eo peterentur,

tifex quar-
tus statue-
rat, eam ui-
delicet ex-
tra peccatū
originis es-
se conce-
ptā. lib.17.

Petrus
Danesiuss
Galliæ re-
gis Triden-
ti legatus in
hoc confes-
su orationē
habet, et de

Regis erga
Pontifices
meritis co-
piosius lo-
cutus, postu-
lat, quædā
de Galliæ
regum pri-
uilegijs, sibi
confirmari.
lib.17.

Iulij die
tertia Pon-
tifex horta-
tur Heluc-
tios per li-

millia in hoc bel-
lum: alit præte-
rea ad sex men-
ses peditum Ita-
lorum decē mil-
lia, & leuis ar-
mature quingē-
tos equites. po-
stremo Cæsari

permittit ex an-
nuis prouentibus
monasteriorū di-
uendere usq; ad
quingenta mil-
lia aureorum.
lib.17.

Fit pax inter
Galliæ atq; An-
glie reges. An-
glo Bolonia re-
linquitur, donec
Gallus debitam
pecuniam per-
soluerit. Ger-
mani milites qui
Galliæ regi me-
rebant transeunt
ad Protestantes,
idque illis cadit
per commodē.

Anglus confir-
mandæ amicitie
causa, Isabellam

1546

Republica.

Relig.

Respub.

<p>Relig.</p> <p>eadem ferè respondet, quæ antea ad ciuitates rescripserat. Postridæ Palatinus responsum Cesaris Saxoni, Lantgrauio, & Vuirtembergico mittit, & explicato cõmuni periculo suadet, ut de suo iure decedant potius, quàm ciuile bellum in Germania excitari patiantur. lib. 17.</p> <p>Saxo atque Lantgrauius magno studio copias conducunt: & cum deliberandi causa conuenissent, Iulij die quarto, datis ad Cesarem litteris, cum de suo erga ipsum obsequio et obseruantia multa essent locuti, queruntur tandem quod indicta causa, contra leges Imperij, & ipsiusmet Cesaris iusiurandũ, ad libidinem uidelicet Antichristi, atq; ad nutum nefarij & impij Tridentini concilij, sibi bellum inferatur. lib. 17.</p> <p>Coloniensis Archiepiscopus, u</p>	<p>teras ut Tridentinum ad concilium, tâquam ad cœlestem angelum, cui Deus ipse præsit, ueniant. Declarat etiã quomodo ipse atq; Cesar ad concilium & sanam religionem Germanos adire statuerint (quod tamen Cesar ad eos dissimulauerat) petitq; ut ipsi ad eam rem auxilia conferant. lib. 17.</p> <p>Cæsar Iulij die septima Coloniensẽ Archiepiscopo, graui denunciato periculo, nandat ne suos alteri quàm sibi militare patiat. parat</p>	<p>Henrici Gallie Delphinifiliam, recens natam, suscipit è baptismo. lib. 17.</p> <p>Cardinalis Andream Scotus, in arce sua, à nobili quodam, cuius fratrem ob Lutheranismũ uexauerat, sub ipsum prandij tempus occiditur. lib. 17.</p> <p>Legati Protestantium superioris Germaniæ, dum sunt Badenæ, Iulij die quinta reijciuntur in mensẽ Augustum. Postulabant ij ne militi externo Heluetij darèt iter per suos fines, & ut suos militare sibi permitterent. lib. 17.</p> <p>L iij</p>
---	---	--

1546

Reipublica.

Relig. Resp.

Relig.
immi-
nēs Ger-
manie
pericu-
lū Deus
auertat,
preces
publicē
feri iu-
bet. lib.
17.

Archiepiscopus & Cæsaris literas pas-
sim in sua ditione promulgat. lib.17.

Protestantes cum priuatim ad Cæsa-
rem rescripissent, Idibus Iulij edunt pu-
blicē libellum, quo certis argumētis, si-
gnis atque indicijs confirmant & euin-
cunt, quanuis Cæsar dissimulet, nihil ta-
men hoc tempore moliri aliud, quàm ut
ueram religionem profliget, & ad Tri-
dentinum concilium Germanos adigat.
lib.17.

Albertus & Ioannes Brandeburgi-
ci, ambo religionis, & Ioannes quidem
etiam fœderis Protestantium, cum Cæ-
sari militarent, Ioannem Smalcaldici in-
terpellant, ut ex legibus fœderis, in Cæ-
sarem qui religionem oppugnet se con-
uertat. Ille Cæsarem sibi cauisse respon-
det, non peti hoc bello religionem: se
quidem fœderis Smalcaldici, uerum Au-
gustine tantum confessionis ratione. Si
quo ullo alio priuato fœdere teneatur,
in eo Cæsarem excipi disertis uerbis. Illi
uicissim ex ipsiusmet literis contra do-
cent, & ea quæ responderit, nullius ad
excusationem esse momenti planum sa-
ciunt. lib.17.

Pon-
tifex Idi-
bus Iulij
decernit
ieiunia
& ora-
tiones,
ut Deus
bellum
contra
Prote-
stantes
beneuer-
tat. lib.
17.

Lantgrauius 16 Iulij die (tanta nimi-
rum fuit eius diligentia, et hominum ad
hoc subeundum bellum alacritas) copias
educit in hostem. ac cum Saxone itinere

1546

Republica.

Relig.

Resp.

Relig. facto per Franconiam contendit ad socios. eo ueniunt Mauricij et electoris Brãdeburgici legati, petuntq; ut sibi liceat inter utrosq; intercedere. uerum prasens responsum nullum ferunt. Hoc autem consilium Smalcaldicorum tum fuit, ut iter Italis ad Cesare intercluderetur. iccirco mittitur Schertelinus ad Alpes, ut uiam angustias occuparet. Ille profectus Fiessam ex itinere capit. postea Erebergum arcem editissimo loco positam, quo iter Italis facere necesse esset, occupat. uerum cum vicini populi ad arma concurrerent, relicto prasidio cogitur paulo post redire ad socios. lib. 17.

Alter Protestantium exercitus cui præerat Hedecus, Iulij die 23 Dillingam ac mox Donauerdam deditione capit. lib. 17.

Cæsar Ratisbonæ copias expedit. Hispanos quos anno superiore è Lotharingia miserat in Austriam, euocat. paucos ad huc omnino secum Germanos et Hispanos habet. Interim 20 die Iulij Saxonem atq; Lantgrauum publicis literis proscribit. causas adfert proscriptionis, gesta ab illis bella contra ordines, princi-

Põtifcis legatus Hieronymus Franchus, per literas petit ab Heluetijs, ut declarent an se foederi Pontificio, aduersus Germanos coniungere uelint, et se concilio Tridentino In eorum autem numero erant duo archiepiscopi, unus Gothus Vpsalensis, Olauus magnus, alter Hibernus Armacanensis. Ti licet præter umbram et inanem titulum archiepiscopatus nihil haberent, et Põ-

Põtifcis legatus Hieronymus Franchus, per literas petit ab Heluetijs, ut declarent an se foederi Pontificio, aduersus Germanos coniungere uelint, et se concilio Tridentino In eorum autem numero erant duo archiepiscopi, unus Gothus Vpsalensis, Olauus magnus, alter Hibernus Armacanensis. Ti licet præter umbram et inanem titulum archiepiscopatus nihil haberent, et Põ-

Augusti die septima ingressus strages editur Mechliniæ cum puluere tormentarius qui in

L. iij

1545

Reipublica.

Relig.

Relp.

<p>Relig.</p> <p>pes spoliatos, episcopos oppres- sos, iudicia sublata, foedera con- tra se inita, Turcam in Germa- niam allectum, Postea Iulij die 22 legatum remittit ad Turcam: & ad Calendas Februarias anni se- quentis Imperij cōuentum reij- cit. lib. 17.</p> <p>Dux Cliuensis Gulielmus, & Albertus Bauariae ducis filius Ferdinandi regis duas filias du- cunt in uxores, Ratisbonae, nu- ptiae celebrantur in medijs tur- bis & motibus bellorum. lib. 17.</p> <p>Cesar Augusti mensis die pri- mo, misso ad Mauricum & Au- gustum proscriptionis exemplo, mandat ipsis ut proscriptorum quae ad ipsos tāquam proximos agnatos pertineant, occupent: ni- ita faciant, minatur grauem pœ- nam. lib. 17.</p> <p>Protestantes Augusti die ter- tio, scribunt ad Gulielmum Ba- uariae ducem, de dato ab ipso cō- tra fidē, externo militi per suos fines itinere, rogant ut Caesaris militem ē suis oppidis Rero & Ingolstadio migrare iubeat, aut sibi tantundem praesidij ijs locis imponere permittat. lib. 17.</p> <p>Cesar Augusti mensis initio,</p>	<p>tifex ipse menstrua pensione eos alere coge- retur, tamē ad ostenta- tionem & pompam eos uoluit concilio interesse: quasi duo isti populi tam longin- qui Gothi & Hiber- ni suas eius iugo cerui- ces submit- terent. lib. 17.</p>	<p>turri qua- dam ad ur- bis moenia reconditus fuerat, con- flagrasset. Turris, nō humano a- liquo consi- lio, sed de coelo tacta, igne corri- pitur. lib. 17.</p> <p>Augusti no- no die Hel- uctij Pontifi- cij Protestā- tium legatis respondent, se se nolle huic bello immiscere, aut in alter- utram par- tē inclina- re. petunt etiam, ut quos ipsi ex suis condu- xerint di- mittant, & domum re-</p>
---	---	--

1546

Respublica.

Relig. Resp.

Relig. cum iam Protestantes cum omnibus copijs essent ad Danubium, relicta Ratisbona cum presidio Landishutum petit, Bavarie ducis oppidum ad Isaram flumen, & pro moenibus castra ponit. lib. 17.

Protestantes Augusti mensis die undecima, comunicato consilio, epistolam scribunt, & per tubicinem ad Caesarem mittunt. ea cum iniustum inferri sibi bellum declarassent, multaque de sua causa & equitate attulissent, tandem defendendi sui causa, et propulsandae, non inferendae iniuriae eam Caesari, qua devincti sint, fidem renunciant. Caesar epistolam hanc non modo non recipit, sed etiam si quis in posterum ab eis ad se veniat, laqueum comminatur. Has literas Protestantes post multam disceptationem ei inscribebant qui se gereret pro Caesare. Censuerat Saxo cum non esse affandum nomine Caesaris, sed Lant grauius repugnabat. lib. 17.

